APPENDIX
DE QUIBUSDAM ALIIS PER ITALIAM ORDINIS D. BENEDICTI CONGREGATIONUM SCRIPTORIBUS, EPISCOPIS, VIRISQUE SANCTITATE ILLUSTRIBUS

AB EODEM REVERENDISSIMO PATRE

D. MARIANO ARMELLINI

SS. BENEDICTI, ET FELICIANI

DE FULGINEO

ABBATE COLLECTA

ANNO MDCCXXXV.



FULGINEI MDCCXXXVI.

Typis Pompei Campana Impressoris Cameralis, & Publici.

SUPERIORUM PERMISSU.

Omnes iſti in generationibus Gentis
ſuæ gloriam adepti ſunt, &
in diebus ſuis habentur
in laudibus.

Eccleſiaſtici 44.



ADMONITIO

Absolutâ jam *Additionum*, *& Correctionum* Bibliothecæ Ben. Cas. Impressione, cum quædam alia Addenda, & error alius corrigendus supervenerint, hic omnium primum id facere opportunum puto.



Ag. 49. lin. 35. Primæ Part. Bibl. In ANSELMO BANDURIO, Adde Jo: Albertus Fabricius *Bibliographiæ Antiquariæ* Hamburgi, & Lipsiæ 1716. 4. Cap. V. (Geograph. Eccl.) pag. 144. docet in Bandurii *Imperio Orient.* tom. 1. recens recusum fuisse *Hieroclem Synecdemum* (idest socium peregrinationis) ab Holstenio recensitum, & ex Codice Farnesiano auctum, & cap. VI. [Nova Roma] pag. 262. Ejus Origines Cpñas [de *Nummis à Constantino cusis*] pag. 458. refert. & tertiò eodem. c. VI. pag. 263. ejus *Imperium Orientale* laudat. 4. cap. VII. pag. 278. *Successionem Cpñorum Antistitum* in eodem Imperio Orientali descriptam memorat, 5. cap. IX. [*de Templis Christianorum*] pag. 303. in eodem Imp. Orientali de Templis Cpñis. 6 cap. XVI. pag 538. de *Numismatibus Imperatorum Cpñorum* in eodem Imperio Orientali edito Parisiis 1711. fol. 7. denique Cap. XXII. *De Ludis Circensibus* pag. 642. Ejus Antiquitates Cpñas de Circo, & Hippodromo: doctissimum eum appellans &c.

Pag. 21. Additionum lin. 31. In BENEDICTO BACCHINIO, iterum Adde.
Idem Fabricius in eodem Opere sæpius Bacchinum, ejusque Opera memorat, primò quidem Cap. 3. Pag. 65. Antiquit. Rom. Ejus Ephemerides Parmenses. Secundò eodem, cap. 3. pag. 73. ejus Opus *de Sistris* cum Jacobi Tollii Addit. ubi tamen per errorem, ut puto Typographi, Petrus pro Benedicto dicitur. Tertiò cap. 4 Antiquit. Christianarum in thesauro Antiquitatum Ecclesiast. ab eodem Fabricio delineato pag. 113. *Ecclesiast. Hierarchiæ* libros tres. Quarto cap. V. Geographiæ Ecclesiæ pag. 145. & seq. eosdem Libros Ecclesiast. Hæierarchi. Quinto demum Cap. XI. de Instr. Mus. pag. 373. iterum ejus opus de *Sistris*, eorumque figuris. Traj. &i 1696. & in Thesau. Antiquit. Roman. Joan: Georgii Grævii tom 6. ex Latina Laudati Jacobi Tollii versione; qui ex Italico transtulit. Trajecti 1694., & 1699. ex officina Petri Van der Aa, & Francisci Halmæ.

Pag. 116. Primæ Partis lin. 9. In CHERUBINO MYRTIO, Adde
Scripsit præterea Myrtius. 1. *Vitam S. Cleridoniæ V.* eamque Chronico Sublacensi attexuit, sicut etiam 2. *Relationem Translationis* Reliquiarum ejusdem S. V. accuratam, & satis prolixam. 3. *Vitam B. Fr. Laurentii à Facullo* Appuli Monachi, & Eremitæ Sublacensis, juxta authenticum pro illius Canonizatione processum, factum jussu Inn. IV. à Jo: Episc. Alatrensi, & Gregorio Priore S. Bartholomæi de Insula Alatrensis Diœcesis, ibi integrum relatum. 3. In *Tabulis* autem *Annalibus* sui Chronici Sublacensis, Anni Christi Domini, & S. P. Benedict. ejusque Monachatus adnotantur, una cum rebus gestis insignioribus ad rem Monasticam pertinentibus. Incipiunt ab anno Christi 480., cui Nativitas S. P. Bened. assignatur, usque ad an. 1628. quo creatio Urbani VIII. Pont. Max. contigit. Addidit 4. *Supplementum* ejusdem sui Chronici, plurima suis inferenda locis indicans; subditur, *Eloquens Tractatus de Sacerdotio* S. P. Bened. Authore Rmo D. Francisco Cardinali Zabarella. In Epilogo autem laudati Chronici sui talia de se ipso narrat. „Ego vero tanquam abortivus, omniumque Monachorum „ Sublacensium novissimus, ego, inquam, D. Cherubinus Myrtius Trevirensis, na- „ tione Germanus, & non infima Civium Augustæ Trevirorum familia oriundus, Dei „ O. M. vocatione inspiratus, & Sac. hujus Cænobii Divæ Scholasticæ indignus Pro- „ fessus, Monachus Decanus, bisque Tyronum Spiritualium Magister constitutus, hoc „ *Sublacense Chronicon* in provecta ætate, nempe unde sexaginta duos annos natus, „ currenti stylo, utcumque potui, conscripsi. Gratias itaque ago, quas possum maximas omnium Creatori Deo, &c. Totum Opus manu D. Petri * Clavarini exaratum, est pagg. integrarum 270. In cujus laudem, & Authoris præconium idem Petrus Clavarinus scripsit subsequens:

* De eo in Bib. Part. 2. p. 113

E P I G R A M M A:

Inclyta quis memoret Livii, quis nomina Crispi
Hic ubi jam Cherubim pervaga fama sonat?
Illi Romulidum narrant mortalia facta,
Pressaque Romano barbara regna jugo.
Mira sed hic Magni Benedicti gesta recenset,
Mersaque sub Latio Tartara nigra lacu.
Quid Lector quaris, quæ sint discrimina? dicam
Scripsere illa homines, scripsit at hæc Cherubim.

Pag. 49. lin. pen. in Additionibus ad HILARIONEM CORBETTAM, iterum Adde. Sed de *Talismanum*, seu *Telesmatum* scriptoribus vide Jo: Albert. Fabricium in *Bibliographia Antiquaria*, Hamburgi, & Lipsiæ 1716. 4. cap. 12. pag. 433., ubi plurimos, eosque Classicos Authores, eorumque hac de re doctrinas uberrime indicat.

Pag. 23. Secundæ Partis Bibliothecæ lin. antep. In JO: BAPTISTA FERRETTO Adde.

Jo: quoque Albertus Frabricius in *Bibliographia Antiquaria* cap. 3. pag. 61. prope finem ejus meminit his verbis „ Jo: Baptista Ferrettus Corpus Antiquarium pluribus constans * tomis lucem hactenus non vidit „ iterumque cap. 12. pag. 653. ejus de *Tesseris* tractatum memorat.

* XII. nempe.

Pag. 68. Additionum secundæ Partis Bibl. lin. 7. in medio in LEONARDO VAIRO, Adde. Quem etiam inter alios Authores agentes *de Judæorum operationibus Magicis, & Amuletis* affert idem Jo: Albert. Fabricius in eadem *Bibliographia Antiquaria* Cap XII. pag. 433.

Pag. 133. Sec. Par. Bibl. lin. 25. In PETRO PAULO GINANNI iterum Adde.

Ejus *Memorias historicas* Familiæ Alidosiæ referunt, & laudant Ephem. Litt. Albriz. anno 1735. nomen quoque ejus indicantes, & libri illius brevem quidem, sed accuratam, absolutamque Synopsim exhibentes, addentesque bonarum Litterarum studiosos omnes magno desiderio Gioanni *Historiam Ravennatem*, quam in præsens concinnat, expectare.

Pag. 137. lin. 7. In PETRO RICORDATO, sive CALZOLARIO, Adde.

In Indice MSS. præclariss. Bibliothecæ Chisianæ Romæ, Cod. 1125. notatur, Pietro Calzolari *Degli Uomini Illustri di Firenze*.

Pag. 159. lin. 29. In PROSPERO MARTINENGO, Adde.

In eodem Indice Chisiano MSS. Cod. 2221. recensentur Prosperi Martinenghi *Carmina*.

Pag. 197. lin. 41. In THEOPHILO PATAVINO. Adde.

Ibidem Cod. 357. extant Theophili Patavini Monachi, *octo, vel decem Opuscula* ab iis, qui in nostra Biblioth. referuntur, omnino diversa, quæ tamen quibus de rebus agant, quid ne contineant, nec tempus, nec facultas inspiciendi tunc quidem obtineri potuit, quamvis iteratis vicibus eò perrectum sit, adeò enim caute custoditur, ut non ita facile unicuique in eam MSS. Biblioth. aditus, multoque minus Codicum investigatio, imò & perlustratio permittatur.

Pag. 18. Lit. V. lin. 27. Ibidem refertur VINCENTII BORGHINI *Sylva*

IN CATALOGO EPISCOPORUM.

Pag. 51. lin. 26. & seq. dicitur PLACIDUS de BAUCIO obiisse Aversæ an. 17... dum ibidem iterum esset Abbas, sed revera obiit Cavæ Abbas ejusdem Cavensis Cœnobii an. 1716. cum jam quintum illius regiminis annum ageret.

In ADDITIONIBUS, & CORRECTIONIBUS.

Pag. ultima lin. 36. ubi dicitur, Fr. JACOBUS ALBERICI, Adde.

Ordinis Eremit: S. Augustini; & Linea sequenti ubi dicitur, In Bologna per gli Eredi di Gio: Rossi, adde, an. 1605.

APPROBATIONES, & FACULTATES.

PRO REVERENDISS. P. D MARIANO AB URBE.

Opus, cui titulus est -- *Appendices* de quibusdam aliarum per Italiam Ordinis D. P. Benedicti Congregationum tum Scriptoribus, tum Episcopis, tum denique Viris Sanctitatis opinione Illustribus --, à Revmo P. D. Mariano ab Urbe nostræ Congreg. SS. Benedi-

nedicti, & Feliciani de Fulgineo Abbate elucubratum, examinent Adm. R. P. D Gregorius ab Urbe nostræ Congreg. S. Petri de Perusio Prior, & P. D. Franciscus à Brixia Decanus, & quid de eo senserint, ad Nos sedulò scribendum curent.

Datum Neapoli in Monast. SS. Severini, & Sosii die 14. Junii 1735.

D. Ildephonsus à Neapoli Abbas, & Præses.

Loco ✠ Sigilli. D. Julius Andreas à Nola Prior, & Pro Cancell.

Jussu Rmi P. D. Ildephonsi à Neapolis Abbatis S. Severini, & Congregationis Casinensis Præsidis, ingenti animi voluptate perlegi Opus, cui titulus: *Appendices* de quibusdam aliarum etiam per Italiam Ordinis SSmi P. Benedicti Congregationum, tum Scriptoribus, tum Episcopis, tum denique Viris Sanctitatis opinione Illustribus, à Rmo P. D. Mariano Armellini SS. Benedicti, & Feliciani Abbate, jam de nostra Congreg. optimè merito, summa diligentia, ac labore exaratum, cumque in eo pereruditus Author innumera præclara gesta, ac Sanctioris Vitæ exempla plurimum legentibus profutura recenseat, nihilque Orthodoxæ fidei, bonisque moribus dissonum admisceat, Ideò prælo dignissimum existimo.

Datum Perusii in Monasterio S. Petri die 19. Julii 1735.

D. Gregorius a Urbe præfati Monasterii S. Petri Claustralis Prior.

Mandante R. P. D. Ildephonso Del Verme à Neapoli S. Severini ejusdem Urbis Abbate, & nostræ Congreg. Casinensis Preside, diligenter perlustravi *Appendices* quorundam Virorum Illustrium aliarum per Italiam Ord. D. P. Bened. Congreg a R. P. D. Mariano Armellini Fulginei Abbate collectas, & elaboratas, nec in ipsis quidquam vel fidei Catholicæ, vel bonis moribus, vel denique Principum juribus adversum deprehendi, sed potius Cl. Authoris eruditionem, qua aureo calamo tot insignes Monasticos Viros ad perennem præclari nominis lucem perduxit, magnopere suspexi. Quamobrem, ut hæc etiam laudati ejusdem Præsulis lucubratio publicis typis committatur, operæ pretium censeo, cum ex eo haud modica tum Reipublicæ Litterariæ, tum piis, Religiosisque hominibus utilitas sit accessura. Datum Assisii X. Kal. Augusti 1735.

D. Franciscus Gismundi a Brixia S. Theologiæ olim Lector, Abbatialis, & Parochialis Ecclesiæ S. Petri Assisiensis Vicarius.

PRO REVERENDISS. P. D. MARIANO AB URBE.

Cum Opus, cui Titulus est - *Appendices* quorumdam virorum Illustrium aliarum per Italiam Ord S. P. Bened. Congreg. à R. P. D. Mariano Armellini SS. Benedicti, & Feliciani de Fulgineo Abbate compositum, duo ex nostris Theologis, quibus id muneris ante hac demandavimus, accurate perlegerint, atque in eo nihil, quod Fidei Catholicæ, aut bonis moribus, sive demum Principum juribus adversetur, se reperisse affirmarint, idcircò, ut typis edi possit, quantum ad Nos attinet, Litteris hisce facultatem concedimus. Dat. Neap. in Monast. nostro SS. Severini, & Sosii die 12. Aug. 1735.

D. Ildephonsus à Neapoli Abbas, & Præses.

Locus ✠ Sigilli. D. Julius Andreas à Nola Prior, & Pro Cancellarius.

De mandato Illmi, ac Rmi D.D. Francisci Mariæ Alberici Episc. Fulginatis, ingenti cordis mei gaudio perlegi Opus, cujus titulus est - *Appendix* de quibusdam aliis per Italiam Ord. D. Bened. Congreg. Scriptoribus, Episc. Virisque Sanctitate Illust. à R.P.D. Mariano Armellini SS. Bened. & Feliciani Fulginei Abbate collecta, & cum in eo nihil invenerim contra Fidem Catholicam, & bonos mores, imo omni eruditione refertum, ideò typis dignissimum censeo. Fulginei hac die 9. Septembr. 1735.

Ego Canon. Joseph Torelli Librorum Censor Deputatus.

Attenta supradicta relatione, Imprimatur; Franciscus Maria Episcopus Fulginas.

Cum Opus, cui titulus est *Appendix de quibusdam aliis per Italiam Ord. S. Ben. Congreg. Scriptoribus, Episc. Virisque Sanctitate Illust. à R. P. D. Mariano Armellino SS. Ben.* & Feliciani Fulginei Abbate collecta, summa animi voluptate, & aviditate perlegerim, nihilque in eo, quod Fidei Catholicæ, seu bonis moribus, sive Principum juribus adversetur deprehenderim, imò non modicam tam Christianæ, quam Litterariæ Reipublicæ, nec non piis, religiosisque hominibus eruditionem, & utilitatem ex eo proventuram agnoverim, idcirco, ut Typis, & æternæ memoriæ tradatur, meritissimum puto, si ita R. P. Inquisitori videbitur. Spoleti hac die 17. Sept. 1735.

D. Joseph Constantini Barnabita SS. Inquisitionis Librorum Censor.

Die 19. Settemb. 1735. attenta attestatione, ut supra. *Imprimatur*; Fr. Petrus Paulus Palma Vic. Gen. S. Officii Spoleti.

Epi-

Epiſtola R̃mi, ac eruditiſſimi P.D. Domioici Tatis Abbatis Ollivetani ad Authorem.

Rimando alla Paternità V. R̃ma il primo quinterno della ſua dotta, & erudita Appendice alla Biblioteca ſua Benedittino-Caſinenſe, e confeſſo ingenuamente di aver provato un piacere grandiſſimo nel ripaſſarlo, come ho fatto più volte, avendovi ammirato l'ordine aſſai proprio, e uno ſtile chiaro, e pulito, in cui diſtende le coſe dell'Antichità rimaſte, o del tutto ſepolte, o quaſi ſcordate. Queſto è quanto poſſo ſignificare a V.P.R. in atteſtato della mia ubidienza, ed attendendo il piacere di poter proſeguire a guſtare delle ſue erudite fatiche, con l'onore di molti ſuoi comandi, con tutto l'oſſequio mi raffermo. D.V.P.R. Saſſovivo li 18. del 1735.

Devotiſs. Oblig. Ser. V. D. Domenico Tatis.

E J U S D E M.

Siccome ho provata tutta la ſodisfazione io leggere nei paſſati giorni le dotte Appendici della P. V. R. aggionte all'eruditiſſima ſua Bibl. Caſinenſe, così glie ne profeſſo le più diſtinte obligazioni, e ſe bene io mi ritrovo affatto privo di quelle doti, che a ben giudicare di queſte, o di altre coſe ſi eſiggono, pure gli dico ingenuamente, che sì fatta Opera con tutta ragione guadagneraſſi la ſtima, e l'approvazione de Letterati, a quali è ben noto con qual grave fatica ricercaſi tal' ora una notizia per lo teſſimento di qualche Iſtoria, ed Ella ſenza perdonar punto all'età ſua avanzata, nella quale però quanto inſievoliſcono le membra, altretanto avvaloraſi, ed invigoriſce la mente, ne apreſta loro di molte tutte io un volume in compendioſo, e chiaro ſtile adunate. E benche ſolo di alcuni, e non di tutti gli ſcrittori, ed illuſtri Perſonaggi delle Monaſtiche Italiane Congregazioni diſcorra, porge al publico non di meno tante, e ſi belle notizie, che io più, e più libri anche ſparſe, difficilmente ſi trovano, ſpecialmente de moderni, e vi-veoti, anzi li nomi di alcuni Monaci Italiani, e forſe intiere Congregazioni non ſarebbero mai gionti all' orecchio degli Oltramontani, alcuni de quali ſono così facili a criticare, e detrarre forſe anche alli pregi Monaſtici ſenza queſta ſua degna raccolta, che loro toglie ogni occaſione, e perciò l'ho ſempre perſuaſa a non abbandonare ſimile impreſa, che darà ſtimolo ad altri, giacche *non omnia poſſumus omnes*, di compire ed ampiamente diſtendere ciò, che ha V. P. R. così felicemente epilogato. Queſto è quanto devo con tutta candidezza rappreſentarle, mentre col vivo deſiderio di ſempre ubidirla mi dichiaro di eſſere. D. V. P. R. Saſſovivo li 9. Marzo 1735.

Devotiſs., & Obligatiſs. Ser. V. D. Domenico Tatis.

Rev. Adm. Patris D. Joſephi Conſtantini Clerici Regularis Barnabitæ.

Con infinito mio piacere ho letta l'eruditiſſima Appendice di V. P. R̃ma, quale certamente non puole non riuſcire che di ſomma utilità, & erudizione a chi legge, e per mia parte poſſo ingenuamente proteſtarle, che hebbi diſpiacere di eſſerne giunto al fine, quando mi ſarebbe ſtata aſſai cara la diuturnità della medeſima, in riguardo di cui più volte ne ho ripaſſato buona parte. Così terminata da me doverà per Sabbato proſſimo eſſer portata in mano del R. P. Inquiſitore con l'atteſtato ben dovuto al merito di V. P. R., cui ratificando la mia ſervitù mi proteſto con ſommo oſſequio. D.V.P.R.

Spoleti, Madonna di Loreto 15. Settemb. 1735.

Doctiſs., & Clariſs. Viri Juſtiniani Pagliarini Fulginatis.

La gentilezza di V. P. R. corteſemente impegnata ad accreſcere coi ſuoi favori le mie obligazioni, nuovamente ſi è degnata farmi godere le ſue dottiſſime Appendici alla Bibliotheca Caſinenſe, che le rimetto anneſſe col rendimento di copioſiſſime grazie. Le ho lette avidamente, e con ſommo piacere, ed ho ammirato ſempre più l'indefeſſo ſtudio, e la vaſta erudizione di V. P. R., che non ha potuto contenerſi dentro i limiti della ſola ſua Congregazione, ma ha voluto diffonderſi ad illuſtrare anche le altre con la ſua penna Maeſtra, e renderſi benemerito di tutto l' Ordine Monaſtico dell' Italia, anzi del Mondo erudito, che ſommamente gradiſce, e ſtima Opere conſimili, che tolgono dall' oblivione le memorie degli Uomini Illuſtri, e arricchiſcono di tante rare, e ſcelte notizie la Republica letteraria, come fa con tanta ſua fatica, e lode V. P. R̃ma. Me ne rallegro per tanto ſeco con i più vivi, e ſinceri ſentimenti del cuore, e prego Iddio a degnarſi conſervare la ſua degniſſima perſona con lunga vita, e perfetta ſalute a vantaggio univerſale, con che pregandola dell' onore dei ſuoi ſtimatiſſimi comandi, mi confermo con divotiſſima riverenza. D. V. P. R. Di Caſa 22. Settemb. 1735.

Giuſtiniano Pagliarini.

LE-

LECTORI BENEVOLO,

ET REI MONASTICÆ STUDIOSO SALUTEM.

1 Statueram quidē olim aliarum quoque per Italiam Ord.nostri Congr. tam Scriptorum, & Episc. quam etiam Virorum Sanctitate Illust. Biblioth. & Catalogos texere, jamque Adolescens adhuc, nonnullos cujusque classis memoriâ dignos homines hinc inde collegeram, eos suis quosque locis distributurus; sed ingravescentibus tum morbis, tum laboribus, novam hanc Spartam adornandi curam, & cogitationem dimittere coactus fui. Verum cum nuperrime hisce de rebus Adversaria quondam a me confecta, fortuitò, & insperatò in manus meas recidissent [putabam enim deperdita] piaculo duxi ea pessum ire, aboleri, ac oblivioni tradi permittere.

2 Ut ergo sunt, quamvis imperfecta, manca, & in plerisque non solum quæ ad Chronologiam, sed etiam ad gestorum, dignitatum, obitus, Operumque notitias, Virorumque insignium numerum pertinent, deficientia, Typis dare decrevi, veluti Appendicem, imò Indicem quemdam, ab accurato aliquo singularum Congreg.Scriptore affatim supplendum, & in optimam, copiosamque Bibliothecæ formam, ac ordinem redigendum; neque enim vires, aut tempus id præstandi, mihi amplius suppetunt, jam namque in diebus meis processi, septuaginta tres annos natus, affectâque valetudine. Nec tamen vereor, ne me aliarum Congreg. Monachi quilibet aliquandò incusent, tamquam in eorum messem manum mittere ausum, sed potius laborem hunc meum qualemcuqmq; æqui, bonique eos consulturos arbitror, veluti qui præclaris sodalium suorum Operibus vel jam editis supplementum, vel edendis modicam licet, tenuemque materiem in amoris argumentum conferre voluerim.

3 Nec desunt illustria exempla:Celebr. namque Joannes Trithemius Abbas Benedictinus Spanehimensis non contentus librum edere de Viris Illust. Ord. S.Benedicti,alium etiam librum scripsit de laudibus Ord.Fr.Carmelitarum.Cl. deinde Bernardus Pez natione Germanus, Monachus quidem Benedictinus Ordinis Nigrorum, & Bibliothecarius Mellicensis Cœnobii in Austria prope Viennam, * sed nullius peculiaris Congregationis Asceta, sapientissimæ nihilominus, ac florentissimæ, tum scientiâ, tum Sanctitate, Congregationis S. Mauri in Gallia Bibliothecam composuit, evulgavitque, *Maurianam* nuncupatam,insignium ex eadem Congregatione Scriptorum Opera, ac gesta describens; Doctissimus quoque Carolus Joseph Morotius Cister. Reform. cum *Cistertii Reflorescentis* Historiam concinnasset, in qua Virorum Sanctitate, dignitate, ac litteris Illust. ex reform. S. Bernardi Cong. Catalogum per quam elegantem contexit, Theatra quoque Chronologica Carthusiensis Ordinis, tum Clericorum Regularium Matris Dei, S. demum Hieronymi per Hispaniam cunctis aperuit. Præterea qui Universales Bibliothecas Regnorum, Provinciarum, Urbium &c. condiderunt, nonne omnes omnium Ordinum Scriptores coacervarunt; quidni ergo ego Monachus aliarum etiam Monasticarum Congreg. Scriptorum compendiarias Bibliothecas, aliorumque illust. Virorum Syllabum in unum colligere, meoque stylo disponere extra cujusque invidiam potuerim? quemadmodum Arnoldus Wion, * & Petrus Ricordatus * rem haud absimilem præstiterunt.

* *Vulgo Molk.*

* *In libris Ligni Vitæ.*

* *In Hist. Monastica.*

4 Quod

4 Quòd autem alicujus Congreg. plures, alicujus vero pauciores cujusque Classis Illustres Viros huc adduxerimus, non inde oriri credendum est, quòd aliæ pluribus, aliæ paucioribus egregiis Viris floruerint, cum plurimis æque omnes abundent, sed quia vel mihi, ob supra enunciatas causas, plures invenire non licuit, vel quia nonnulli earundem Congreg. Præsules hac de re sæpius à me consulti, imo & rogati, copiosiores notitias mittendi curam, & laborem inire minime potuerunt.

5 Nihilominus meus hic, tenuis licet conatus, proderit saltem, ni fallor, ut Lector de quibusdam aliarum Congreg. Bibliothecariis Scriptoribus admonitus, eos facilius, & promptius invenire, ac legere valeat, in eisque omnium earundem Congreg. Script. Opera, ác præstantiam plenius cognoscere, Fiet etiam, ut hæc tot Script. Virorumque dignitate, ac sanctimonia Illustrium, plurium sæculorum decursu, ad hæc usque tempora, etiam apud Italos continuata series, obmutescere cogat imprudentium hominum, præsertim Heterodoxorum ignorantiam, qui mendaciter, & per summam iniuriam blaterabant, Monachos recentiorum præcipuè temporum, *malas Bestias esse, ventres pigros, & inutilia terræ pondera*, quia nimirum eorum Catholica doctrina, vitæ, morumque integritas, ac honorum splendor, malevolis, & falsorum dogmatum sectatoribus invidiæ, ac odii fuit semper irritamentum. Cæterum quamvis prò singulis Congregationibus parva, prò omnibus tamen simul junctis non adeò modica, nec contemnenda hæc supellex videri poterit.

6 Denique propriæ tantum eruditionis, & genialis mentis oblectationis gratiâ aliquot dierum studium inter nostrates Monachos variis scientiis imbutos placuit impendere, meæque litterariæ eos inter consuetudinis posteris quoque monumentum relinquere, alicui fortassis, sin minus omnibus, vel usui, vel exemplo futurum. At verò ea omnia que de Viris Sanctitate Illustribus à me in hisce Appendicibus narrantur, humana tantum fide ptorsus dicta esse profiteor, iis tamen exceptis, quæ de Sanctorum, vel Beatorum albo à Catholica Ecclesia adscriptis, eademque approbante proferuntur. Hoc insuper addens, me de plurium rerum, quæ in his Appendicibus describuntur historica veritate, præsertim de Summis Pontificibus, Episc. Cardinalibus, variisque cujusque Congregationis Viris Illustribus, integram fidem apud Authores, qui ea narrant, deponere, nec enim omnium, quæ hic dicuntur vadem, aut sequestrem me exhibeo, nec contentionis funem cum quoquam super his me ducturum polliceor. Scio enim quædam, aut etiam plura recentioribus Criticis, qui nodum in scirpo quærunt, minime probanda.



AP-



APPENDIX
ALIQUOT SCRIPTORUM
Congregationis Monachorum Camaldulensium à S. Romualdo Ravennate
ANNO 1010. INSTITUTÆ.



MBROSIUS Camaldulensis, Florentinus Patria, sed oriundus de Porticu Flaminiæ Oppido, Vir undecumque egregius, doctissimus, ac religiosissimus, Gener. Abbas Congreg. reformatæ Camaldulensium, linguæ Græcæ peritissimus, cujus subsidio jussu Eugenii IV. Pont. Max. in Concilio Ferrar., & Florentino, Ecclesiæ Græcæ, cum Latina unionem feliciter promovit, scripsit

1. *Chronicon Montis Casini* in gratiam Ludovici Barbo, quo cum arctam amicitiam semper coluit, à se emendatum, unà cum *Dialogo* Desiderii (qui Victor III. Pont. Max. fuit) & prolixâ Historiâ Monasterii Casinen. quæ omnia extant Venetiis in Cœnobio S.Michaelis de Muriano, teste Augustino Fortunio in Hist. Camald. pag. 350.
2. *Rerum à se in suprema Ordinis sui Præfecturâ gestarum* lib. 2.
3. *Epistolarum Latinâ lingua* lib. XVI. qui MSS. in Bibliotheca S. Marci Florentiæ Ord. FF.Prædicatorum asservantur: suntque elegantissimæ. Ejus etiam omnes Epist. collegerat Petrus Cannetus [de quo infra] quas notis illustratas typis tradere propediem disposuerat, ni mors ejus editioni obstitisset. Obiit Ambrosius Constantiæ anno 1490. Laudatur à Jo: Francisco Poggio, Paulo Jovio,Raphaele Volaterrano, Jac. Philippo Bergomen. aliisque; & nuperrime ab Ignatio Hyacintho Amat de Graveson Hist.Eccles. tom.6. pag.386. & seq.

AMBROSIUS alter Camald.Eremita transtulit è Græco in Italicum Sermonem.
I Sermoni di S. Efrem Siro, impress. Venetiis ad signum Putei an. 1545. in 8. Justus Fontanini *de Italica Eloquen.* lib. 2. pag. 180. class. XIV. §. 3.

ANDREAS MUGNOTIUS scripsit
De Eremo Camaldulensi. Romæ an. 1610. in 4. Philip. Labbe. Bibl. Biblioth.

ANGELUS CALOGIERA' Patavii natus ann. 1699. & anno 1716. Monachus factus in Cœnobio S. Michaelis de Muriano Venetiarum, & ibidem Bibliothecarii primùm, deinde Prioris munere perfunctus anno 1729. Philosophiam

 postea,

postea, mox sacram Theologiam, ac jus Pontificium docuit, & hactenus docere pergit. Vir sane non solum in Scholasticis scientiis eruditissimus, sed quolibet etiam Doctrinarum genere, per quam excultus, & quod præcipuam laudem meretur, Litteratos omnes, remque publicam Litterariam pro viribus juvandi, ac promovendi studiosissimus, quamobrem omnia fere ejus Opera in hunc scopum collineant, edidit namque.

1. *Istoria Letteraria di Europa*; tom. 1. In Venez. appresso Antonio Bortoli 1726. in 12. Tom. II. ibidem an. 1727. apud eundem pariter in 12.
2. *Giornale de Letterati di Europa* tom. 1. e 2. In Venezia 1726. presso Cristofaro Zane.
3. *Raccolta di Opuscoli* Scientifici, e Filologici, in qua collegit lucubrationes non adeò prolixas Illũm Italorum, variis tomis in 12. quorum primus prodiit Venetiis apud Christophorum Zane anno 1728. II. ibidem apud eumdem 1729. III. Ibidem apud eumdem eodem anno. IV. ibidem apud eumdem ann. 1730. V. ibidem apud enmdem 1731. VI. ibidem apud eumdem 1732. VII. ibidem apud eumdem eodem anno. tom. VIII. & IX. ibidem apud eumdem anno 1733. X. ibidem apud eumdem an. 1734. tom. XI. ibidem apud eumdem 1735.
4. *Biblioteca Volante* di Gio. Cinelli Calvoli, continuata dal Dottor Dionigi Andrea Sancassani, edizione seconda in miglior forma ridotta, e di varie Aggiunte, ed'Osservazioni arrichita, tom. 1. In Venet. 1734. per Gio: Battista Albrizii in 4. Tomus autem II. sub prælo sudat.
5. *Dieci Meditazioni* sopra alcune delle principali azioni di S. Benedetto Patriarca de Monaci di Occidente, disposte per i giorni della Settimana, e per quello della Solennità del Santo. In Ven. 1734. presso Gio: Malachini in 12. res etiam Novitates Litterarias Albritianas suo calamo digessit pręcipue annorum 1731. 1733. magna ex parte. Multa alia habet præmanibus, inter quę Vitas Virorum Sanctitate, ac Virtute Illũm ex Ord. D. Benedicti ab anno 1400. ad hæc usque tempora.

AUGUSTINUS FORTUNIUS Florentinus edidit.

Historiam, seù Annales Camaldulenses impress. Florentiæ apud Sermartellium an. 1576.

BENEDICTUS RUSSI Camaldulensis Eremita transtulit ex Latino in Italicum Sermonem.

Le Opere di Gio: Cassiano della Constituzione, e dell' Origine de Monaci. Venetiis apud Michaelem Tramezzinum an. 1563. in 4. de quo Just. Fontanini de Italicâ Eloq. l. 2. pag. 143. class. XIV. §. 4.

BERNARDINUS GADOLUS Vir eruditione singulari, qui ne tantum suis, sed omnibus etiam aliis Religiosis prodesset, scripsit

1. *In omnes Sac. Scripturæ Libros*, Commentaria. 2. *De Fugiendo Sęculo*, & Religione complectenda. 3. *Contra Superbiam*, & Ambitionem. 4. *Sermonum variorum* ad Religiosos lib. 1. 5. *Epistolarum variarum* l. 1. exquibus facile dignoscitur Bernardini probitas, sunt enim ii libri Spiritu S. P. Benedicti undique referti. 6. *Opera S. Hieronymi* in ordinem ab ipso redacta. De eo Fabian. Justin. Genuen. Congr. Orat. in Elench. Auth. qui in Sac. Bibl.. scrip.

GUIDO GRANDI Patria Cremonen. Abbas S. Michaelis in Burgo Pisarum, publicus in Pisana Academia Matheseos. Professor, Vir doctissimus, & eruditissimus, scripsit

Differ-

1. *Dissertationes Camaldulenses* impress. an. 1707. quas doctissimas vocat, ipsumque Authorem laudat Ignatius Hyacinthus Amat de Graveson, Hist. Ecclesiasticæ tomo 9. in Tabul. Chronolog. pag. 472.
2. *Responsionem Apologeticam* ad R.P.M. Fidelem Soldanium Monachum Vallumbrosanum, qui 25. annis ab editis Dissertationibus Camald. (in quibus Grandius, quædam de restituendâ in pristinum ad veterum Scriptorum calculum à quibusdam recentioribus discrepante Chronologiâ Valumbrosanâ in medium profert) contra eas calamum strinxerat, quam responsionem tamen Grandius, suppresso proprio, sub nomine R. P. D. Vitalis Martii Faventini Monachi Camaldulensis evulgavit; quamobrem inter utrumque ultrò, citroque plures disceptationes emerserunt, ad hanc usque diem forsitan haudquaquam finem habituræ, nisi Vallumbrosanæ Cong. supremi Præsules hisce de rebus Soldanio perpetuum silentium satis prudenter indixissent: Hęc autem responsio, quæ scripta est Italicè, fuit impressa Faventiæ apud Archium Impressorem Cameralem &c. in 4. anno 1732.
3. *Epistolam de Pandectis Pisanis* ad Cl. Virum Josephum Averanum, quam in altera editione Notis variis [& quidem sapientissimis], & Appendice veterum monumentorum locupletavit, cum Indicibus necessariis, Florentiæ 1727. Typis Regiæ Celsitudinis apud Tartinium, & Franchium in 4. est pagg. 297.
4. *Vindicias* pro sua Epistolâ de Pandectis, Florentiæ secundò editâ cum Notis adversus Bernardum Januarium J. U. D. Stiensem in eadem Academia Cęsarei Juris Interpretem. Pisis 1728. Typis Jo. Dominici Carrotti. Promittit etiam Bibliothecam Camaldulensem olim à Cl. Petro Cannetto compositam, quæ penes ipsum est, augere, complere, & in publicam lucem emittere, sicut etiam Epistolas omnes celeberrimi Ambrosii Camaldulen. ab eodem Petro Cannetto antea collectas. Utinam cito! Eum laudat Gravesonius Hist. Eccl. etiam tom. 4. pag. 337. & tom. 9. in tabulis Chronol. pag. 412.

JUSTINIANUS BERGOMAS Congreg. Camaldulens. Reform. Montis Coronæ Monachus [olim Casinensis] & fere semper aut Prior, aut Major, Vir Doctiss. & ingenio summo, multa viguit sanctitate, suoque Ordini noviter reformato, & toti Christiano Orbi doctrina, & optimis exemplis, valdè profuit: Philosophicis, atque Theologicis studiis clarissimus, ac orationi & contemplationi deditissimus, solitudinis amantissimus, cibi, somnique parcissimus, dies, noctesque sine ullo alimento pertransire solitus erat. Obiit placidissimè an. 1563. Scripsit *Plura prò Ecclesia Dei* à Nobis in nostra Bibliotheca recensita part. 2. pagg. 63., quæ magnam attulissent utilitatem contra Hæreticos, nisi deplorando incendio conflagrassent. Lucas Ruhensis in Hist. Romuald. Augustinus Fortunius in Hist. Camald. Petrus Delphinus Epistol. lib. 12. Gabriel Bucel. in Menol. & in Ben. Rediv.

LUCAS HISPANUS, sive Ruhensis, quia fuit Eremita Anachoresis Ruhensis in agro Patavino, scripsit
Historiam Romualdinam.

PAULUS JUSTINIANUS, in sæculo Thomas, Patritius Venetus, Filius N. Justiniani, & Paulæ de Malipetris, summum Vitæ rigorem adhuc adolescens delicatus amplexus est Camalduli, ubi rara emicuit Sanctitate, & denique novam instituit Camald. Congr. Montis Coronę ann. 1513. quem plurimi eo egregio in facinore sequuti sunt. Hic facundia, verbo, & calamo plurimum enituit, multosque à peccatis retrahens, illos ad religionem allexit, & alios

ad pęnitentiam perduxit. Prophetico claruit ſpiritu, multaque priuſquam evenirent,enunciavit,inter quæ Urbis direptionem à Borbonio an. 1527. faciendam.Omnibus ob egregias animi,corporiſque dotes in paucis charus,amore in Deum, charitate in proximum flagrans, hoſtem ſuum infenſiſſimum, è ſublimi lapſum, crure fracto amariſſimè deploravit: ad ſuperos abiit an. 1528. in itinere, quo Romam ad ſummum Pontificem pergebat, ſepultus apud Montem Soractem prope Romam in loco ſibi paulò ante à noſtro S. Pauli de Urbe Præſule donato. Ejus Opera optimum ingenium oſtendunt, ſuntque numerò pluſquã centum, partim abſoluta, partim imperfecta,inter prima numerantur.

1. *Conſtitutiones Eremiticæ*. 2. *De vera hominis felicitate*. 3. *De Officio Pontificis ad Leonem X.* 4. *Tractatus de Obedientiâ*. 5. *De decem gradibus Amoris Dei*. 6. *De Pęnitentiâ*. 7. *De Euchariſtia*. 8. *De Contemplatione*. Ex Luca Hiſpano Hiſt. Romuald., & Gabriele Bucel. in Menol: & in Ben.Rediv.

PAULUS ORLANDINUS Monaſterii Florentini SS. Angelorum Aſceta,ſplendor fuit, & decus ſuæ Congregat. Theologus Summus, Vir religioſiſſimus, memoriâ feliciſſimâ præditus,nam biſcentum carmina audiens, illicò ea retrogrado ordine repetebat: Erat igitur doctrina, & Sanctitate admirabilis. Floruit anno 1512. migravit in Cęlum an: 1519. die 12 Nov: Inter eius Opera hæc ſunt impreſſa.

1. *De Theologia ſeparata*. 2. *Dialogorum de Theologia lib.* 3. 3. *De Theologia mixtâ*. 4. *Diſputationum ſuper* Epiſtola S. Hieronymi ad Paulinum Lectiones 24. 5. *Sermones* 32. & alia. De eo Gabr. Bucel. in Ben. Rediv.

PETRUS CANNETTUS Abbas Claſſenſis in Urbe Ravenna, & Congregationis Camald. Pręſes Generalis an. 1729. Vir ipſe quoque egregius, doctus, & lectiſſimæ eruditionis, qui in eodem Claſſenſi Cęnobio inſignem, & ditiſſimam Bibl. inſtauravit,ſeu potius excitavit, varia compoſuit, inter quæ ſunt.

1. *Miſcellanea Poetica*, Academicorum Concordium Ravennatum; Bononiæ apud Hæredes Benaccii 1687. in 12.
2. *Miſcellanea Epigrammatum*, aliarumque Venuſtatum eorumdem Academicorum. Bononiæ apud eoſdem an. 1688. in 12.
3. *In laudem* Emin. Cardinalium Jacobi Cantelmi, & Jo: Franciſci Albani Panegyris. Arimini in Typographia Epiſcopali an. 1692. 4. Italicè.
4. *La perfezione del Beneficio &c.* Orazione &c. In Perugia per il Conſtantini an. 1696. in Fol.
5. *Delle Lodi di S. Franceſco di Paola* diſcorſo detto in Perugia nel riaprirſi l' Accademia degl' Inſenſati. In Perugia per il Coſtantini an. 1716. in 4.
6. *Diſſertazione Apologetica* intorno al Poema de Quattro Regni detto altrimente *il Quadriregio*, e al ſuo vero Autore Monſig. Federico Frezzi Veſcovo di Foligno. In Foligno per Pompeo Campana an.1725. in 4., & alia

MANUSCRIPTA.

1. *Collectio omnium Epiſtolarum* Ambroſii Camaldulenſis, in quarum plures Notas eruditiſs. exaravit propediem una cum eiſdem Epiſtolis typis tradendas: ſed ejus inſequuta morte ad manus Rm̃i Abbatis D. Guidonis Grandi pervenerunt, qui eas publici juris ſe facturum promittit.
2. *Bibliotheca Congregationis Camaldulen.* non dum tamen abſoluta, quam idem Rm̃us. Grandi, apud quem pariter reperitur, ſe completurum, & per typos [ſi tamen alia ejus ſtudia, & occupationes permiſerint] evulgaturum, ſpem facit: Commercium, & conſuetudinem Litterariam Cannettus exercebat

cum

cum doctissimis totius Italiæ viris Francisco Redi, Apostolo Zeno, Ludovico Muratorio, Justo Fontanino, Benedicto Bacchino, aliisque, à quibus plurimi fiebat. Obiit anno 1730. die 1. oct.

PETRUS DELPHINUS Generalis quondam Camaldulensium, Vir æquè doctus, ac pius, suæque Congregationis exemplar absolutissimæ perfectionis, qui creditus est à puero ad obitum usque illibatam semper Virginitatem servasse: excessit ex hac vita sæne anno 1525. In Monasterio S. Michaelis Muriani Venetiarum; ætatis suæ 81. Professionis Monasticæ 63. scripsit

Epistolarum Latina lingua libros 12.

PETRUS QUIRINUS Patritius Venetus floruit circa an. 1513. linguæ Græcæ, Hebraicæ, & Latinæ peritiâ, pluribus etiam legationibus pro Christiana Republica functus, Pauli Justiniani in nova Montis Coronæ reformatione socius, Cardinalis denique creatus anno 1317. à Leone X. sed antequam id resciret, defunctus est.

Plura scripsit, quorum peculiarem notitiam non sum assequutus. Lucas Hispanus Eremita in Hist. Romuald. lib. 2. cap. 8. Gabriel Bucel. Ben. Rediv. &c.

S. ROMUALDUS. vide infra in Appendice Viror. Sanct. Illustrium.

SILVANUS RAZZI DE MARRADIO, quod Oppidum est Romandiolę Etruscæ, id est Magno Etruriæ Duci subiectæ, in sæculo Hieronymi nomine insignitus, varia opera egregia composuit nempe

1. *Miracoli di Nostra Donna* in verso, in ottava rima, tom. 4. in Firenze 1571. apud Juntas, iterumq. ibidem 1618. & Romæ 1604. 2. *Regola di S. Benedetto* colle Note. In Firenze 1534. in 8. 3. *La Somma de Sacramenti* di Francesco Vittoria tradotta di Latino in Toscano. In Firenze per il Sermartelli 1575. in 12. 4. *Vita di M. V., e di S. Gio. Battista* ibidem 1577., & 1590. apud Juntas, & ibidem 1608. 5. *Istoria del Sac. Eremo de Camaldoli.* In Firenze 1581. 6. *La Vita, overo Azioni della Contessa Mattilde*. In Firenze per il Sermartelli 1587. in 8. Ita Jo: Cinell. in Bibl. Vol. 7. *Vite delle Donne Illust. per Santità* tom. 4. In Firenze 1595. & 1599. 8. *Vite de Beati, e Santi Toscani* p. 1. è 2. ibidem apud Juntas 1601. 9. *Vite de cinque Uomini Illust.* Farinata degli Uberti, Duca di * Atene, Silvestro Medici, Cosmo de Medici il più vecchio, e Francesco Valori. In Firenze presso i Giunti 1602. in 4. 10. *Vita del B. Michele* Camaldolese ibidem 1604., & Romæ, & Ravennæ 1612. in 4. & plura alia, quorum Catalogum legas apud Julium Negri S. I. in Hist. Script. Flor. pag. 500., & seqq. Multa etiam scripsit adhuc in sæculo degens, *Comædias* nempe, *Tragędias*, *Poemata*, & alia. Vide Antonium Possevinum in App. sac. & Arnol. Wionem in Lign. Vit. Eum inter Trãslatores, & Historicos recenset Justus Fontanini de Ital. Eloq. Class. §. 9. 1. p. 100.

* *Acciajoli*.

THOMAS DE MINIS edidit.

1. *De B. Joanne, & Benedicto* Discipulis S. Romualdi, & de eorum Sociis Martyribus. Impress. Florent. anno 1605.
2. *Catalogum Sanctorum*, & Beatorum totius Ordinis Camaldulensis Florent. anno 1606. Philip. Labbe Bibl. Biblioth. pag. 343.

VITALIS ZUCCOLO scripsit.

1. *Discorsi* sopra le 90. Conclusioni amorose del Sig. Torquato Tasso di nuovo dati in luce dal Sig. Camillo Abbioso. In Bergomo per Comino Ventura 1588. In Bibl. Ambros.
2. *Dialogo* delle cose Meteorologiche. In Venezia appresso Paolo Maggietti 1590. Ibidem id est in Ambros. AP-

APPENDIX

Aliquot Episcoporum è Congreg. Camaldulensium

SUMMI PONTIFICES.

EUGENIUM III. antequam D. Bernardi Magisterio, ac disciplinæ se traderet, Abbatem fuisse Monasterii S. Zenonis Pisarum, quæ ejus Patria erat, Congregationis, & instituiti Camaldul. aliqui tradunt. & Cl. ac eruditiss. Guido Grandi Abbas Camaldulen. S. Michaelis in Burgo Pisarum in Epistola datâ Pisis ad Doctiss. Angelum Calogierà Monachum pariter Camaldulensem S. Michaelis de Muriano Venetiarum anno 1724. mense Decembri, asseverat in Tabulario præfati Monast. S. Michaelis in Burgo adhuc extare documenta Monachatus, & Abbatiæ Camald. S. Zenonis, ejusdem Eugeni III.

GREGORIUM item IX. de Comitibus, nonnulli ex Ludov. Jacobill. in Vitis SS. Umbr. tom. 3. pag. 306. asserunt primo fuisse Monachum, & Abbatem Monasterii S. Silvestri Montis Subasii de Assisio Congreg. Camald. de quibus penes eruditum Lectorem judicium esto, ea, quæ in fine Præfationis denunciamus, recolendo.

ANGELUS de ANNA de Summa Ripa Patria Neapolitanus fuit electus Episcopus Laudensis, ab Urbano VI. creatus Diaconus Cardinalis, à Bonifacio VIII. Presbyter Cardin., a Joanne denique XXIII. Episcopus Cardin. Præneſtinus, & S. Colleg. Decanus. Obiit Romæ an. 1428.

* *Victorelli addit. ad Ciacc.*

ANTONIUS de Monte, Fratris filius Cardinalis de Monte, Monachus SS. Angelorum Florentiæ, fuit Episcopus Civitatensis. Obiit an. 1545. Ex August. Fortunio in Hist. Camald. Gabriele Bucel., aliisque

ANTONIUS PICCOLOMINEUS primus Senarum Archiepiscopus creatus à Pio II. Pont. Max. Ughell. It. sac.

ANTONIUS cognomento SIMONIS Monachus præfati Monasterrii SS. Angelorum Florent. ob ingentes virtutes, quibus floruit an. 1557. creatus fuit primo Episcopus Minoritanus * in Regno Neapolitano, deinde Sutrinus, & Nepesinus in Etruria Pontificia.

* *Minuri.*

S. BOGUMILLUS Archiepiscopus Gnesnensis in Polonia, postea Eremita Camaldulensis fuit teste Stephano Damalevicio Canon. Regulari Polono in ejus Vita impress. Romæ an. 1606.

S. BONIFACIUS Martyr Discipulus S. Romualdi, Archiepiscopus Bossinę, quę est Illyrici pars; ut Author est S. Petrus Damiani in Vita ejusdem S. Romualdi.

V. EUSEBIUS CIANI nobilis Senen. Lector Sac. Theologiæ in laudato Monast. SS. Angelorum Florentiæ, electus fuit Episcopus Massæ in ditione Senensi [qui Episcopus Princeps etiam Populoniæ vocatur] an. 1719.

EUSEBIUS PRIOLUS Patritius Venetus Abbas S. Michaelis de Muriano Venetiar. creatus fuit Episcopus Vegiensis anno 1530. Vir sane præstantiss., optimè de Religione, & Ecclesia meritus, qui cum olim Monasterii *Carcerum* esset Abbas, orationem funebrem habuit in Petrum Delphinum, de quo paulo ante in Append. scriptorum Camaldulen.

FRANCISCUS DANDOLUS Episc. Torcellanus, electus anno 1303. circiter

GRE-

GREGORIUS S. Romualdi optimus discipulus, Abbas primùm Cœnobii Vallis Castri, deinde Archiepiscopus, sed incertæ sedis, uti asserit S. Petrus Damiani ubi supra cap. 19.

INGELBERTUS discipulus ejusdem S. Romualdi, Archiepiscopus incertæ sedis, eodem S. Petro Damiano teste ibidem cap. 33.

B. JOANNES Bononien. Prior Sac. Eremi Camald. an. 1125. creatus Cardinalis ab Honorio II. & Episcopus Ostien. obiit an. 1154.

MAPHÆUS GERARDUS Abbas S. Michaelis de Muriano Venet iar. fuit VI. Patriarcha earundem Venetiarum creatus deinde ab Innoc. VIII. Cardinalis an. 1489. decessit Narniæ 1492.

PETRUS Abbas S. Michaelis Pisarum, & ejusdem Urbis Archiepiscopus; de quo Ferdinandus Ughell. Ital. Sacr.

S. PETRUS DAMIANI vixit aliquandiù inter Monachos Camaldulen. eorum Instituti observator absolutissimus. Fuitq. S. R. E. Cardinalis, & Episcopus Ostiensis, Vir doctissimus, atque sanctissimus.

THEOPHILUS MARTINI Vir egregius, Balnensis Monasterii Abbas, ob vitæ, doctrinæq. merita ordinatus fuit Episcopus Drinastinus in Creta insula: floruit anno 1502.

Laudatus Angelus Calogierà nuperrime Venetiis mihi transmisit plurium aliorum suæ Congregationis Cardinalium, & Episcoporum elenchum, quem hic subnectimus sub eadem antedictâ denunciatione.

CARDINALES

Damianus * nepos S. Petr. Dam.
Gebiosus Episcopus Cæsenas
Guitmundus Episcopus Aversanus.
V. Petrus Quirinus Card. electus
Thomas Aprusius. Vide Wion.

PATRIARCHÆ

Thomas Maurocenus P. Constan.

ARCHIEPISCOPI

D. Adalbertus Gnesnensis
B. Petrus Pisanus
Sigismundus Antuerpien.
Raynerius Spalatensis
S. Gaudentius Gnesnensis

EPISCOPI

V. Ambrosius Urgellensis
Antonius Januensis
Antonius Civitatensis
Aymerius Foropompilien.
Anselmus Fulginas
V. Andronicus Calliensis
V. Benedictus Fulginas
Bernardus Anconitan.
Bonatus Eugubinus
Derinus Thiphernas
Dominicus Eugubin.
V. Desiderius Fanensis
Eusebius Seglensis
Eusebius Senensis
Gabriel Eugubinus
Galeanus Burg. S. Sepul.
Gherardus Anconit.
Gradus Assis.
Grimaldus Æsin.
Guido Concordiens
Guido Aretinus
Guido Urbinas
Guido alius Urbinas
Guido Calliensis
Honoratus Comaclensis
Jacobus Senogallien.
Joannes Anconitan.
Joannes Ludov. Signinus
Joannes Fanensis
S. Joannes Laudensis
Julianus Eugubinus
Joannes Nucerinus
Jo: Paulus Adiacensis
Joann: Pennensis
B. Jo: Maria Vicentinus
V. Leo Puteolanus
Lindulphus Callien.
B. Lodulphus Eugubinus
Lucas Auximanus
Luterius Nucerinus

* Vel ex Fratres, vel ex Sorore.

May-

Maynardus Eugub.
Marcus Eugubin.
Martinus Aretinus
Michael Aretinus
Milo Epiſ. N.
Maynardus Urbinas
Maurus Miniaten.
N. Epiſcopus Signinus
N. Epiſcopus Farentinus
N. Epiſcopus Firmanus
S. Maurus Quinque Ecclefien.
Oliverius Callien.
Paſchalis Actienſis
Petrus Collen.
Philippus Firmanus
B. Philippus Nucerin.
Raynerius Callien.
Romanus Nucerin.
Raynaldus Firmanus
S. Raynaldus Fulginas
S. Rodulphus Eugubin.
Rodinus Aſculan.
Rodulphus Anconitan.
Raynerius Tiphernas
Sigiſmundus Senogallien.
Theophilus Drivaſtenſis
Tranſmundus I. Senogall.
Tranſmundus II. Senogall.
Tranſmundus Seganellenſis
Theodoſius Senogallien.
Theduldus Eugubin.
B. Villanus Eugubin.
Ubaldus Cervien.
Urſus Roſſanenſis

APPENDIX
Aliquot Virorum Sanctitate Illuſtrium Congregationis Camaldulen.

AMBROSIUS Camaldulenſis de Porticu Florentinus dictus, de quo ſupra in Appendice Scriptorum.

AMBROSIUS Nobili Familiâ Traverſaria ortus, Monachus SS. Angelorum Florentiæ, Vir mitiſſimus, titulo *Venerabilis* à Bucelino honoratus, Diſcipulus præſtantiſſimorum Virorum Jo: Ravennatis, & Ambroſii Cryſoloręː Obiit in Domino an. 1539. Idem Bucel. in Menolog. & Bened. Rediv.

B. AZZO, ſive Atto, Diſcipulus S. Romualdi, Prior Monaſterii Vallis-Caſtri Diœceſis Camerinenſis, obiit in eodem Cęnobio circa an. 1013. die 14. Auguſti. Ludov. Jacobil. in Vitis Sanctorum Umbriæ tom. 2. pag. 119.

S. DOMINICUS LORICATUS prius fuit Monachus Camaldulenſis in quodam Umbriæ Cęnobio prope Luceolos, in quo 13. annos vixit ssm̃e, & poſtea tranſiit ad Congregationem, & Monaſterium S. Crucis Fontis Avellanę, migravitque ad ſuperos an. 1061. die 14. Oct. Vide infra in Append. SS. Congr. Font. Avell.

EUSEBIUS HISPANUS genere, virtute nobilis, corporis, animique egregiis dotibus præditus, Catholicorum Regum, apud Venetam Rempublicam Orator, cum Monaſterium S. Michaelis Muriani, quæ inſula eſt propè Venetias, pietatis ergo fræquens inviſeret; Ibidem Monachus fieri voluit anno 1497. invito licęt Rege ſuo, aliiſque magnatibus, qui publicis, privatiſque rebus proſperè agendis nimis idoneum, utilemque eum agnoſcebant; Sed ille divino amore ſuccenſus, cœleſtis Regis famulatum terrenis honoribus, ac divitiis, cunctiſq: creatis rebus præferens, eo religioſis virtutibus omnibus ſe dignum

præ-

præbere summo studio conatus est, in primisque humilitate, cujus gratia viliora quæque munia, ipsius etiam culinæ, libentissime obibat, nihil veritus sordido amictus linteo cuilibet occurrere, ne obedientiam à Superioribus sibi impositam vel minimùm differret. Corpus suum ciliciis, jejuniis, aliisque asperitatibus acriter affligebat. Tyronum Magister constitutus, plures discipulos in viam perfectionis direxit. Tandem stomachi languore ob nimiam abstinentiam laborans, febri superveniente, dies omnino XVI. impransus, & impotus mansit, divinas interim laudes cum spiritus exultatione decantans, tum Ecclesiasticis Sacramentis lacrymarum imbre perfusus piissime susceptis, junctis in Crucis similitudinem manibus, felicissime in Domino obdormivit an. 1501 die 4. Februarii ætatis suæ LI. cum paulo ante obitum supra Cœnobium, in quo decumbebat, flamma lucidissima splendere ab omnibus visa esset, ejus charitatis ardorem cunctis demonstrans, quod idem plura subsequuta miracula cofirmarunt. Ex ejus vita ab Augustino Fortunio descripta, & Gabriele Bucel. in Bened. Redivivo.

ALDI MANUTII ELOGIUM.

„ *Lector parumper siste, rem miram leges.*
„ *Hic Eusebii Hispani Monachi Corpus situm est*
„ *Vir undecumque qui fuit Sanctissimus*
„ *Nostræque Vitæ exemplar admirabile*
„ *Morbo laborans, sexdecim totos dies*
„ *Edens, bibensque nihil prorsus, & usque suos monens*
„ *Deum adiit, hoc te scire volebam, abi & vale.*

GALEATIUS GABRIELLIUS, clarus genere, mundo renuncians, se suaque omnia Deo obtulit, & Montis Coronæ reformationem amplexus, eam strenuè promovit, stabilivitque propria non minus virtute, quam alienæ perfectionis studio refulgens, floruit anno 1525. Gabriel Bucelin. Bened. Rediv.

B. HIERONYMUS SVESSANUS omni scientiar. genere excultissimus, medica facultate celebris Sac. Palatii sub Leone X. Protophisicus, mundum reliquens Monachus efficitur ann. 1520., propagavitque reformationem Montis Coronæ, fundato Cęnobio Ruhensi, in quo cum Imaginem Beatissimæ Mariæ Virginis collocasset, statim illa miraculis effulsit. Gabriel Bucelin. ibidem.

B. MICHAEL FLORENTINUS nobili stirpe progenitus, Laurentii Medicei Pincernam cum ageret, mundi, ejusque vanitatum pertæsus, ei valedixit, & Camalduli Monachus factus, paulò post perpetuam inclusionem obtinuit, in qua plures annos permanens, ita in Deo absortus est, ut Sacrum celebrans, sæpe visa sit ejus facies ad instar Cherubim inflammari, ac splendescere. Admonitus divino Oraculo, invenit, & propagavit *Rosarium Domini*, sive ætatis aunorum Christi Domini per recitationem totidem *Pater*, *& Ave*, memoriam, à Leone X. Pont. Max. anno 1516. approbatam, multisque Indulgentiis, tum ab eo, tum à Greg. XIII. cumulatam; Prophetico afflatus spiritu Clementi VII., & Paulo III. Summum Pontificatum, sibi verò mortem prædixit. Dęmonum infestationes invictè sustinuit, ac superavit, obiitque felicissimè anno 1522. cujus demortui manum exosculans Ven. Justinianus Bergomas (de quo supra in Append. Script.) dentium dolore, quo cruciabatur, in perpetuum liberatus est: ante, & post obitum clarus miraculis

Auguſt. Fortun. in Hiſt. Camal. Arnol. Wion in Lign. Vitæ. Gabr. Bucel. in Bened. Rediv. ad annum 1522.

PAULUS JUSTINIANUS]
PETRUS DELPHINUS] de quibus ſupra in Appendice Scriptorum.

PETRUS FANENSIS Montis Coronæ Monachus religioſs. rigidus in ſemetipſum, ardens charitate in proximum, omnium virtutum ſplendore clariſſimus. Inſtante morte atrox, dirumque à Satana bellum, ut eum in diſperationem induceret, ſibi illatum mirabiliter devicit, & de eo glorioſiſſime triumphavit; deceſſit an. 1534. Lucas Ruhenſis in Hiſt. Mont. Coronæ Gabr. Bucel. in Bened. Redv.

PLACIDUS FRACTENSIS ex Urbinate ditione, in Montis Coronæ Eremo inter Fratres Converſos admiſſus, ad Monaſticam perfectionem totis viribus contendit, gravitatis, ſilentii, obedientiæ obſervantiſſimus, in manuum labore aſſiduus (erat enim admodum robuſtus, ac validus) Cum Monaſterii curas œconomicas ſubiret, nihil de conſuetis orationibus, jejuniis, ac abſtinentiis intermittebat; Donatus à Deo gratia lites componendi, pacemque diſcordantium cordibus ingerendi; multis profuit, eoſque ad Chriſt. charitatem, ac dilectionem perduxit. Reformationem verò ipſam Montis Coronæ haud parum ſuo exemplo, ac virtute promovit. Migravit ad Deum circa annum 1583. ætatis ſuæ 78. Religionis ſuſceptæ 55. Lucas Ruhens. Hiſt. M. Coronæ Gabr. Bucel. Bened. Rediv.

S. ROMUALDUS Monachorum Camaldulenſium Inſtitutor SSmus, & Monaſtici Ordinis reparator ſtrenuiſſimus, natus eſt Ravennæ an. 907. ex nobili Familia de Saxis, alias de Honeſtis, ex ſtirpe Ducum Beneventanorum. Plurima in Italia, & extra Monaſteria fundavit, arctiſſimâ obſervantiâ diſpoſitâ, quam mirabilis Sanctitatis perpetuis exemplis, magniſque miraculis, prophetico Spiritu, aliiſque inauditis prodigiis, firmiter ubique ſtabilivit, plenuſque dierum, ac meritorum abiit in Cœlum an. 1027. ætatis ſuæ 120. Uti S. Petrus Damiani aſſerit in ejus Vita c. 20. Quod tamen Baronius negat, & Bollandus ad diem XII. Februarii, aliique Recentiores, qui ejus Vitam multo breviorem conſtituunt, ſeptuaginta nimirum, nec eo amplius annorum, autumantes illam S. Romualdi Vitam à S. Petro Damiani conſcriptam ab aliquo interpolatam fuiſſe. At Cl. & Doctiſs. Abbas Guido Grandi in ſuis Diſſertationibus Camald. Lucæ impreſſis an. 1707. diſſert. prima per totum antiquam ſententiam de prolixiori S. Romualdi ad annos 120. ętate valide propugnat. Scripſit S. Romualdus Dei juſſu; *Expoſitionem in Pſalmos*, & in aliquot Cantica, quę adhuc extat MS. in pergamena apud Sac. Eremum Camaldulen. quapropter S. Romualdus locum etiam meretur inter Script. Camaldulenſes. Ejus vitam plures fusè ſcripſerunt, inter quos olim prȩter S. Petrum Damiani, S. Hieronymus Pragenſis Eremita Camaldul. & ex Recentioribus, Ludovicus Jacobil. in Vitis SS. Umbriæ, tom. 2. pag. 26. & ſeqq; eos adeat pius Lector lucrum magnum in Virtute facturus.

ROMUALDUS de Fabriano celeberrimo olim, ac frȩquȩntiſſimo Piceni Oppido, á paucis autem annis mediocri Civitate Epiſ., M. Acuti Monachus, maximis enituit Virtutibus, præſertim ſimplicitate, qua Paulo Simplici meruit comparari, creditus totâ vitâ numquam lethaliter deliquiſſe. Captus à latronibus, qui ei mortem minitabantur, ſerena fronte, placidoque vultu, *facite*, inquit, *mecum*, *quantum vobis Deus permittit*, *mihi enim perinde eſt hodie*,

hodie, ac sequenti die mori. Denique cum assiduè solitudini, orationi, Angelicæ puritati, humilitati, obedientiæ, silentio, cæterisque heroicis actibus operam dedisset; felicissime, & alacriter obdormivit in Domino X. Kalen. Nov. an. *1579*. Vitæ Monast. *56*. ex August. Fortunio Hist.Camal. Gabr. Bucel. Ben. Red.

B. THOMAS à Costacciaro Eugubinæ Diœcesis, Monachus factus est Camald. in Eremo Sitriæ à S.Romualdo ædificata, una cum Eremo Camaldulensi in Etruria. Ubi Thomas asperrimam, & SSmam Vitam annis pluribus duxit, crebrisque miraculis ante, & post obitum claruit, qui ei felicissime contigit anno *1336*. die *25*. Martii. Ex Ludov. Jacobill. in Vitis SS. Umbriæ tom. 1. pag. *348*. & seqq. August. Fortun. in Hist. Camald. &c.

Præterea è Congreg. Camald. floruerunt Sanctitate.

B. ANGELUS ab Aqua Pagana, sive Cupana in Diœcesi Camerinensi; Frater Conversus, ut dicunt, in Cœnobio S. Salvatoris, qui cum SSme vixisset, mortem simillimam D. Paulo Eremitarum primo, genibus nimirum flexis, & orans, oppetiit, quam Deus sibi gratissimam, pretiosamque ærium Campanarium spontaneo sonitu testatam voluit.

B. ANTONIUS a Perusio.

B. GERARDUS. B. JOANNES à Tipherno. B. MANUS, sive MARINUS à Perusio. De quibus omnibus Lud. Jacobil. In Vit.SS. Umbr. tom.2. pag. *33*.

B. GUIDO MONTEMARTE Tudertinus, de quo idem Jacobil. tomo eodem pag. *215*., & seqq. Tomo autem tertio à pag. *356*. usque ad *366*. plures alios Camaldulenses Monachos Sanctitatis fama florentes Jacobillus refert, præsertim in Monasteriis olim celeberrimis Vallis Castri, Sitriæ, Saxivivi, & S. Crucis Saxiferrati, quos ibidem legere poteris, & imitari.

APPENDIX

Quorumdam Script. Congreg. Cœlest. quæ initium habuit à S. Petro Cœlestino Æserniensi an. 1297.

ANSELMUS MASSA Abbas scripsit
Opus Canonicum.

BENEDICTUS MAZZOTTA composuit
1. *Dissertationes contra Lutherum*.
2. *Philosophiam Tripartitam*.

BENEDICTUS GONONO scripsit
Chronicon, seu *Historiam*, & Tractatus de Deipara impress. Lugduni an. *1631*.

BERNARDUS ROSA Abbas scripsit
1. *Philosophiam*.
2. *Panegyricas Orationes*

CŒLESTINUS GUICCIARDINUS Abbas vir valde doctus, & egregius, & Romæ, ubi plures annos commoratus est, ob doctrinam, & probitatem magno in honore, & veneratione habitus, composuit
Mercurium Campanum.

CŒLESTINUS TELERA Abbas scripsit
1. *De Viris Illustribus Cœlestinis*.

2. *De Indulgentiis Montii Madii.*
3. *Concordantias Evangelistarum.*
4. *Conciones Quadragesimales* prælo paratas.
5. *Opuscula omnia* S. Petri Cœlestini Papæ V: ab eo ordinata, & primò in lucem edita Neap. an. 1640. ad Seren. Principem Mauritium Card. à Sabaudia.

CLAUDIUS FLEMMIUS scripsit
De Viris Illustribus Ord. Cœlestinorum.
De eo in Parnasso Euganeo; & in Bibl. Biblioth. Philip. Labbe.

DOMINICUS LUPIS Abbas scripsit
Expositionem in Apocalypsim.

FRANCISCUS ANTONIUS GEORGII ab Alexano in Calabria, olim in Salentinis, scripsit
1. *Quadragesimalium* Concionum librum eruditiss. & styli sublimitate admirabilem, ideoque pro vulgaris populi captu satis obscurum, Italicè, impress. Venetiis an. 16..
2. *Poemata* Italica Sacra.
3. *Elogia Poetica* in Vitam S. Petri Cœlestini.

JULIUS MINUTOLUS Abbas Cœlestinus scripsit librum, cui Titulus, *Romana Antiquitas* dissertationibus Historico-Criticis illustrata: Romæ 1689. in 8. Hunc allegat Joannes Albertus Fabricius *Bibliographiæ Antiquariæ* Hamburgi, & Lypsiæ 1716. Cap. 6. de Urbe Roma pag. 151. de Amplificatione Pomœrii mœnibus intactis, & pag. 152. ubi Julius reprehendit Isaacum Wossium de magnitudine Urbis Romæ.

LUDOVICUS VALLETTA Apulus Patria Luceriensis scripsit
De Phalangio Apulo (vulgo Tarantola) opusculum, in quo pleraque historicè, pleraque philosophice de hoc Insecto, ejusque miro veneno enarrantur, & discutiuntur. Neapoli anno 1706. ex Typographia de Bonis in 16. est liber singularis, & philosophica doctrinâ, reconditâque eruditione plenissimus.

S. PETRUS CŒLESTINUS, de quo etiam infra in Episcopis, scripsit
Quædam Opuscula, inter quæ Vitam S. Romualdi, ordinatam, & typis traditam Neapoli an. 1640. à Cœlestino Telera Abbate Cœlestino, ut supra dictum est in eodem Telera.

PETRUS CRESPETIUS Parisiensis scripsit
Summam Catholicæ Fidei, Apostolicæ doctrinæ, & disciplinæ Ecclesiasticæ tom. 1. in fol. Lugduni anno 1596. ad Clem. VIII. Pont. Max.

PLACIDUS PADIGLIA Episcopus Alexanensis scripsit
1. *Expositionem in Psal. Miserere*, & *Paraphrasim in Psal. de Profundis*, *Italicè.*
2. *Panegyricarum Orationum* librum.

PORPORINUS BARONCINI à Faventia, scripsit
1. *Panegyrum* librum.
2. *Iconem* Monachi.
3. *Kalendarium* Romanum.
4. *Musæum Cæsareum* Italicè.

THEODORUS CAPRA concinnavit.
Anagrammata; & *Epigrammata.*

VINCENTIUS SPINELLI Abbas, & Procurator Generalis Cœlestinorum in Romana Curia scripsit
Vita di S. Pietro Celestino: Romæ impress. an. 1664.

AP-

APPENDIX

Quorumdam Episcoporum è Congr. Cœlestinorum.

CŒLESTINUS GALIANI Vir doctissimus, suæque Congreg. Generalis Præses, creatus fuit Archiepis. Tarentinus, sed paulò post abdicavit, & renunciatus fuit Archiepis. Tessalonicen. nunc verò, anno scilicet 1735. Regius est Neapoli major Sacellanus, quod munus plurimum honoris, & Authoritatis adnexum habet. Fuerat Romæ in Cœnobio S. Eusebii plures annos Sac. Theologiæ, & Ecclesiast. Historiæ, magnâ cum eruditionis, doctrineque selectioris famâ, Lector, estque Matheseos peritissimus.

DIONYSIUS PETRA fuit Episcopus Caprearum, quæ insula est regni Neapolitani, in Principatu citeriori.

DOMINICUS ROSSI Episcopus Cathacii in Calabria, vulgo Catanzaro; vivit an. 1735.

DONATUS PASCHASIUS, Episcopus Trevicensis, in eodem regno, vulgo Trevico.

FABRITIUS CAMPANA Archiepiscopus Compsanus in Regno Neapolitano: in Principatu ulteriori.

FORTUNATUS PALOMBO Episcopus Triventinus in Samnio; vivit 1734.

FRANCISCUS ANTONIUS BUSSOLINI Episcopus Atriensis, & Pennensis in Samnio, vivit an. 1734.

HIERONYMUS BOLINA Episcopus Æserniensis in Samnio an. 1652.

S. PETRUS CŒLESTINUS, de quo infra in Appendice Sanctorum.

PLACIDUS PADIGLIA Episcop. Alexanensis, de quo supra in Appendice Scriptorum.

TIBURTIUS BOLINA Episcopus Æserniensis.

APPENDIX

Quorundam Virorum Sanctitate Illust. è Congreg. Cœlestinorum.

JOANNES BAPTISTA de Guardia Grella ortus in Diœcesi Theanensi Provinciæ Sumnii, mundum cum flore despexit, orationi, & contemplationi semper deditus, multa claruit Sanctitate; Prophetiæ spiritu afflatus, sacrisque illustratus revelationibus, pretiosam in conspectu Domini mortem obtinuit anno 1623. cujus etiam signum censeri potest ab obitu annis 33. ejus Corpus incorruptum repertum, quod ad alium locum translatum, magnâ hactenus colitur veneratione. Gabriel. Bucel. in Bened. Rediv. ad an. 1603.

S. PETRUS CŒLESTINUS Cœlestinæ Congregationis Institutor, Æserniæ in Samnio natus an. 1215. à pueroiter Sanctitatis ingressus, illud per omnium asperitatum, ac virtutum semitas usque ad perfectionis Evangelicæ culmen constanter est prosequutus, cujus merito, ac famâ Pont. Max. electus ann. 1294. inaudito, ac planè insueto summæ humilitatis exemplo, supremum in terris

terris honoris gradum post aliquot menses dimisit; dignus propterea qui præceteris gloriæ thiara pretiosissima redimeretur in cęlis, quò tot benefactis cumulatus evolavit anno reparatę salutis 1296. die 29. Maii, ætatis suæ 81. juxta Breviarium Romanum, juxta vero Alphonsum Ciacçonium an. 1302. qua Epocha data natus fuisset anno 1209. sed an credendum 87. annorum senem Pont. Max. creatum? At cum recolo S. Agathonem Siculum octogesimo octavo ætatis anno majorem, Pontificem Max. renunciatum annis duobus, ac sex mensibus sedisse, Cœlestini etiam electionem in ea ætate contigere potuisse fatendum est.

PETRUS CANTUCCIUS Apulus Manfredonien. Vir fuit incomparabilis, tum ob Vitæ asperitatem, orationis assiduitatem, religionem in Deum, charitatem in Proximum, omniumque virtutum insignia, tum ob cœlestium visionum, & revelationum frequentium, curationum, ac miraculorum gratiam, Prophetiæ spiritum, & in Dęmones mirum Imperium. Dignus Cœlo, illud ascendit an. 1641. Gabriel. Bucel. ad hunc annum, Philip. Malabayla.

Plures alii procul dubio Illust. Viri in hac inclyta Cœlest. Congreg. tam doctrina, & dignitate, quam sanctimoniâ floruerunt, non minus, ac in reliquis Congregationibus, sed Nos, quamvis haud semel eorumdem copiosiorem numerum petiverimus, hos tantum, & quidem parcè descriptos, obtinere potuimus.

APPENDIX

Aliquot Scriptorum Cong. Monach. Cistercienfium in Italia, quæ ortum obtinuit an. 1098. per Sanct. Robertum Campanum, propagatore S. Bernardo Burgundo.

ANDREAS PAULI Assisiensis Monachus Ord. S. Bened. instituit 1328. propè Gualdum Nuceriæ in Umbria Congregationem Corporis Christi sub Ordine Cisterciensi, & Regula S. Benedicti; edidit.

Constitutiones pro Monachis suæ Congregationis, & in honorem Solemnitatis, & Processionis ejusdem Corporis Christi, fuitque primus Abbas Generalis dictæ Congregat. Obiit anno 1340. ex Chron. ejusdem Congregationis, & Ludov. Jacobill. in Bibliot. Scriptor. Umbr. pag. 40.

ANDREAS ROSSOTUS Pedemontanus è Monte-Regali, Reform. S. Bernardi Theologus, & Concionator exaravit

1 *Syllabum Scriptorum Pedemontii*. Montis-Regalis apud Gislandum 1667.
2 *Plures Narrationes* historicas, easque sacras, Rethorico stylo descriptas, & variis in locis impressas, tum prosâ, tum metro, quas singillatim videas apud Morotium in Cist. Reflor. part. 3. pag. 98. & seq.

De eo Carolus de Wisch, Franciscus Augustinus ab Ecclesia, Carolus Cartharius, Hippolytus Marraccius, Angelicus Aprosius, Nicolaus Antonius, &c.

BAR-

BARTHOLOMÆUS à S. FAUSTO origine Siculus, Patriâ Platienfis ex Familia Pyrrhorum Refor. S. Ber. Moralis Theologiæ Profeffor, ac Doctor celeberimus, & primæ notæ; edidit quamplures libros omninò infignes.

1 *Speculum Confessariorum, & Pœnitentium*, Cremonæ apud M. Antonium Belpierium an. 1620. 4.

2 *Thesaurum Religiosorum*, &c. Lugduni typis Claudii Landry 1624.

3 *De Horis Canonicis*. Ibidem apud eundem 1627. 8.

4 *De Sacris Indulgentiis*, & Jubilæis &c. Neapoli per Ægidium Longhi 1629. 4.

5 *De Pœnitentia &c.* Neapoli per Franciscum Savium 1632. 4.

6 *De Augustissimo Eucharistiæ Sacramento*, & de Sacrosancto Missæ Sacrificio. Ibidem apud eundem an. 1634. 4.

Omnia hæc fimul collecta impressa sunt Neapolis typis Jo: Dominici Montanari, & Jacobi Gaffari in fol. Tributum naturæ perfolvit Neapoli cum opinione Sanctitatis anno 1636. ex Morotio Cist. Reflor. par. 3. pag. 80. & part. 4. pag. 355. & feqq.

BONIFACIUS SIMONETTA Cistercien. Scriptor Historicus, floruit circa an. 1494. ita Ignatius Hyacinthus Amat de Graveson Hist. Ecclesiæ tom. 9. in tabulis Chronologicis pag. 440.

CAMILLUS STELLA è Civitate Castellana, quod est antiquum Vejum, ut aliqui volunt, plura fcripsit, inter quæ

1 *Origo, & Profectus* Devotionis erga S. Nonnosum Abbatem in Monte Soracte. Romæ anno 1668. per Michaëlem Herculem in 8.

2 *Speculi Astronomici* tom. 2.

3 *Chronologia* ab Orbe condito ad ann. 1687. reliqua, & quidem magno numero, videsis apud laudatum Morotium Cist. Refl. p. 3. pag. 148. & 149.

CAROLUS JOSEPH IMBONATI Mediolanen. Refor. S. Bern. Sacr. Theologiæ, & Linguæ Sanctę Professor, Julii Bartholoccii discipulus, compòsuit.

1 *Bibliothecam Latino-Hebraicam*, five de Scriptoribus Latinis, qui ex diversis Nationibus contra Judæos, vel de re Hebraicâ, utcumque fcripsere, additis obfervationibus Criticis, & Philologico-Historicis, quibus quæ circa Patriam, ætatem, Vitę institutum, mortemque Authorum consideranda veniunt, expenduntur. Coronidis loco Adventus Messiæ à Judęorum blafphemiis, ac Hęreticorum calumniis vindicatur; Sacrar. Scripturarum, SS. Patrum, Conciliorum, Rabbinorumque fuffragiis obfignatus; geminas differtationes Theologico-Historico-Dogmaticas complactens, unâ Messiam in lege promissum advenisse, veteris Testamenti, & Rabbinorum calculis demonstratur, alterâ omnes ferme Hęreses contra Divinitatem, & Humanitatem Christi Domini referuntur, & refelluntur, ex Hebraico, Gręco, Latinoque Codice Authoritatibus depromptis: Pręmittitur Chronotaxis totius Sac. Scripturæ, qua statuitur Natale Christi Domini anno ab Orbe condito 4000. Romę ex Typographia Sac. Congreg. de Propaganda Fide. 1694. tom. 1. in fol.

2 *Chronicon Tragicum*, five de eventibus tragicis Principum, Tyrannorum, Virorumque famâ, vel nobilitate Illustrium &c., à primo in Orbe terrarum Monarcha usque ad XVII. Seculum Christi Domini, &c. Pars 1. & 2. tom. 1. in 4. Typis Hęredum Corbelleti 1696. De eo Julius Bartholoccius Biblioth. Rabbin. Part. 4. pag. 229. & 279. Carolus Joseph Morotius Cist. Reflor. Hist. par. 3. pag. 132. & feq.

CA-

CAROLUS JOSEPH MOROTIUS Pedemontanus Monti-Regalensis Cisterc. Reform. Abbas, & Provinciæ Subalpinę moderator, Theologus, & Concionator celeberrimus, plura scripsit, nempe

1 *Applausus in promotione ad Purpuram Jo: Cardinalis Bona, &c.* Taurini per Bartholomęum Zappatam an. 1670. in 4.

2 *Cursum Vitæ Spiritualis &c.* Romę typis Philippi Marię Mancini an. 1674. in 8. & iterum Italicè versum Octavio à S. Cruce Taurini an. 1683. in 12. per Jo: Baptistam Zappatam Bartholomæi filium

3 *Theatrum Chronologicum* Sacri Carthusiensis Ordinis &c. Taurini typis Jo: Sinibaldi anno 1681. in fol.

4 *Vitam, & Virtutes* B. Amedei III. Sabaudiæ Ducis &c. Taurini ex Officina Zappatę 1686. in fol.

5 *Cistereii Reflorescentis*, seu Congregationum Monasticarum B. Marię Fuliensis in Gallia, & Reformatorum S. Bernardi in Italia Chronologicam Historiam. Taurini 1690. sumptibus Bartholomęi Zappata in fol. Habebat sub lima.

6 *Theatrum Chronologicum* Congreg. Clericorum Regularium Matris Dei, &

* Ordinis.

7 *Theatrum Cronologicum* * Congregationis S. Hieronymi per Hispaniarum regna celeberrimi; Unâque Chronologiam Congregationum sub ejusdem S. Hieronymi legibus olim in Italiâ Altissimo famulantium &c. Habebat pręlo paratas

8 *Conciones Adventus* habitas in Basilica Vaticana an. 1676.

9 *Conciones Quadragesimales* habitas ibidem, alibique

10 Orationes Panegyricas, & alia

Agit de se ipso modestè, & sincerè in laudato Cistercio reflor. part. 3. pag. 119. & seqq. Vide infra in Appen. Episcoporum.

CHRISTOPHORUS BORRUS Mediolanensis, qui ex religioso Soc. Jes. in Monachorum Cisterciensium numerum admissus, sub Honuphrii nomine innotuit, edidit.

1 *Doctrinam de tribus Cœlis*, Aereo, Sydereo, Empyreo; Opus Astronomis, Philosophis, & Theologis favens, Ulyssipone primò impressum ab Alvaro Ferrero ejus discipulo in 4. item Italicè.

2 *Relazione della nuova Missione* delli Padri della Compagnia di Gesù al Regno della Concincina; Romę apud Franciscum Corbellettum an. 1631. ad Urbanum VIII. Pont. Max.

3 *De Arte Navigandi*, Opus exactissimum, in quo scopus Authoris fuit, artem á se primò inventam patefaciendi, ac demonstrandi uti certissimam, qua in quovis Maris situ unusquisque Gradum longitudinis infallibiter possit invenire; rem navigantibus summopere necessariam; quod etiam ut melius pateret usui, *Chartas*, quas vocant *Navigandi*, plenas erroribus correxit, & emendavit, addiditque e Lunaribus Eclipsibus, aliisque Mathematicis observationibus, ab eodem summo studio elucubratis, distantias locorum. Id ut melius succederet, instrumentum ex metallo confectum excogitavit, obtulitque acerrimo omnium Judici, & æstimatori integerrimo. Visum placuit, dignumque judicatum est, quod in tanti Principis manibus renatum Naugnominis nomen ab eodem haberet, & viveret. * Item scripsit

* *Si tamen rē acu tetigit, nā adhuc sub judice hac lis est.*

4 *Relazione à Sua Santità* delle cose dell' India Occidentale, del Giappone, della China, dell' Etiopia, dell' Isola di S. Lorenzo, del Regno di Monomotapa,

motapa, è della Terra Australe incognita, qua Sac.Congreg.de Propaganda Fide melius illis Populis consulere posset. Meditabatur instructionem ad facilius iter Indicum conficiendum ab iis, qui ab eadem Sac. Congreg. mitterentur, aliaque plurima, quæ Litteratorum omnium damno inęstimabili mors inopina intercepit, non solum Viro, amicisque infausta, sed scriptionibus etiam, ac meditatis, quæ in aliorum manibus [nolo plagiarios dicere] delitescunt, lucem aliquandò, nescio an sub veri Parentis nomine conspectura; Ita Leo Allatius in Apibus Urbanis pag. 67.

FERDINANDUS UGHELLUS Abbas Cisterciensis, doctrinâ, ac eruditione toto Orbe clarissimus, plurima scripsit, & publici juris fecit, nempe

1. *Additiones* ad Alphonsum Ciacconum: Romæ in fol.
2. *Cardinalium Elogia*, qui in S. R. E. ex Sac. Ordine Cisterc. floruere. Florentiæ per Falcinum 1624.
3. *Italiæ*, Insularumque adiacentium sacrorum Præsulum monumenta, ex vetustissimis, recentioribusque Tabulis accuratissimè collecta.
4. *Præcipuos Arboris* Cisterciensis fructus, qui meliori sęculo, usque ad hanc fere nostram ætatem, gravi posteritatis exemplo prodiere.
5. *Romanorum Pontificum*, & S. R. E. Cardinalium Vitas in Epitomen redactas, in quibus præter innumeros Ciacconiani Operis errores sublatos, plurimorum Cardinalium nomina, cognomina, Patriæ, stemmata, & tituli, creationis, obitusque dies verissimè recensentur, quorum certa apud recentiores Authores non extat memoria.
6. *De Viris Illustribus* Ordinis Cisterciensis
7. *Illustrium Scriptorum* Ord. Cistercien. Centuriam.
8. *Italiam Sacram* complectentem Archiepisc., Episcoporumque omnium amplissimi Italici Regni, ab ipsis Ecclesiæ incunabulis ad nostram usqe ætatem præclarissima gesta. Romæ tomis 9. in fol. impressa apud ..... & iterum Venetiis correcta, & aucta opera Nicolai Coleti, apud Sebastianum Coleti anno 1727. pariter in fol. magno.
9. *Antiquas Inscriptiones*, & Epithaphia notis explicatas. Ex Leone Allatio in Apibus Urbanis, & Hyac. Ignat. Amat de Graveson Hist. Ecclesiasticæ tom. 9. in Tabul. Chronol. pag. 471.

JOANNES BONA PEDEMONTANUS * è Monte Regali, Cogregationis Cisterc.Reform. in Italia S. Bernardi nuncupatæ tertiò Abbas Generalis, S. R. E.Cardinalis à Clem.IX. creatus anno 1669. Vir doctissimus, ac eruditissimus, & summæ probitatis, obiit Romæ an.1674. ætatis suæ 65. Cardinalitiæ dignitatis 5. plura scripsit optimo stylo, inter quæ sunt.

* *Mondovì in subalpinis.*

1. *Notitia Authorum* Librorum, qui citantur, notantur &c. critico sale &c. Romæ apud Collinium anno 1653. & Parisiis apud Billaine 1663. Ita Phil. Labbe Bibl. Biblioth.
2. *Liturgia Ecclesiastica*. Romæ apud Tinassium 1671. in fol. & Parisiis apud Ludovicum Billaine in 4., & in 8. 1677.
3. *De discretione Spirituum*. Romæ apud Tinassium in 4. 1672. & Parisiis in 4. & in 12. & ibidem Gallicè in 12. 1677.
4. *Principia Vitæ Christianæ* Romæ in 12. 1673. & Venetiis apud Hertz 1674 & Parisiis in 12. 1677.
5. *Psallentis Eccl. Harmonia* Romæ per Collinium 1663. in 4. & Parisiis 1663. apud Billaine in 4. & iterum apud eundem 1677.

6 *Horologium Asceticum*, Parisiis apud Billaine 1676. in 12.

7 *De sacrificio Missę*, Tractatus Asceticus sæpè impres. variis in locis, Romæ 1658. per Casonum, & Fabium de Falco, & denuò ibidem anno 1704. per Cajetanum Zenobii, & tertio ibidem per Salvionum an. 1714.

8 *Testamentum*, sive Pręparatio ad mortem. Florentiæ operâ Jo. Cinelli, qui in sua Bibliotheca Volante asserit eum in Religione Joannem à S. Catharina nuncupatum, & prius Coloniæ Agrip. per Hermannum Demen simul cum aliis omnibus *Bonę* Operibus tom. 3. in 8. an. 1683.

9 *Manuductio ad Cœlum*, &c. Lugduni an. 1660. sumptibus Claudii Prost; & Parisiis 1664. apud Chestien. & pluribus aliis in locis, omnibus ferę linguis Europęis reddita.

10 *Via Compendii ad Deum*. Romæ 1657. & Parisiis 1662. per Federicum Leonard. & ibidem apud Billaine in 12. 1677. qui Impressor Opera etiam omnia *Card. Bona* simul collectâ typis edidit Parisiis tom. 3. in 8. an. eodem 1677.

De eo videndus Phil. Labbe Bibl. Bibl. pagin. 178. Carolus Joseph Morotius Hist. Cist. Refl. par. 2. pag. 52. & seqq. & part. 3. pag. 105. & seq. Gravesonius in Tabul. Chronol. pag. 471, aliique

JOANNES SIANDA è Monte Regali in Pedemontio Congreg. Reform. S. Bern. Abbas Monasterii Consolatricis Taurini, scripsit hęc, aliaque Opera.

1 *De Arte Divini Amoris*. Romæ apud Gonzagam an. 1718. in 12. 2. *De Discretione Perfectionis*. Taurini an. 1724. in 8. quod Opus Italicè versum ab eruditiss. D. Jo. Baptista Bondio Parocho Forojuliensi sudabat sub prælo. 3. *Vir religiosus*, tam Superior, quam Subditus, per documenta SS. Patrum selecta, pro suo munere instructus. Astæ Pompei an. 1721. in 12. apud Zangrandum; idem Opus Italicè translatum ab Anonymo, ibidem apud eundem 1722. Tria præfata Opuscula simul collecta nunc imprimuntur Venetiis apud Balleonium. 4. *Divozione* alla Passione di N. S. Gesù Cristo animata dall' esempio di S. Bernardo. Romæ apud Petrum Ferri 1719. in 12. 5. *L' Uomo di Comando* riflessi morali, e politici. Taurini 1726. apud Vallettam tom. 2. in 8. 6. *Orologio Ascetico* per ben regolare tutti li giorni dell' anno, Taurini apud Vallettam 1726. tom. 1. in 8. 7. *Lexicon Polemicum*, Romæ apud Peveronum 1732. tom. 2. in fol. 10. *Spectabilium Historiæ Universalis* compendium, sub revisorum censura tom. 1. in 4. 11. *Considerationes in Libros de Consideratione*, Opus non dum absolutum, sed brevi perficiendum tom. 2. in fol.

JOANNES BAPTISTA BORGIA Romanus Refor. S. Bern. Philosophiæ, ac Sac. Theol. Lector emeritus, & Concionator plura scripsit, inter quæ

1 *Theologiam* scholasticam quadripartitam, Philosophiæ tripartitæ respondentem. 2. *Introductionem practicam* ad Astronomiam. 3. *Declarationem sphere Artificialis*, Elementaris, & Cęlestis. 4. *Acum magneticam* indicantem Authorum loca de quacumque materia. Alia videas apud Morotium Cist. reflor. par. 3. pag. 131. & seq.

JOANNES BAPTISTA a S. JOSEPH, Pacianus, Romanus Patriâ Ref. S. Bern. scripsit

1 *Aureum Corollarium* sententiarum S. Jo: Chrysostomi Archiep. Cpñi; Beneventi in Typographia Archiep. anno 1700. tom. 1. in 4.

2 *Sermoni di ben vivere* del Mellifluo S. Bernardo Abbate di Chiaravalle volgarizati. In Napoli per Domenico Fasulo 1693. tom. 1. in 8. multa alia scripsit

non

nondum evulgata, quorum Elenchus videri potest in fine prædicti Aurei Corollarii.

JOANNES MARIA GABRIELLIUS Tiphernas ejusdem Congreg. Reform. S. Bern. olim Romæ Scolasticarum facultatum Prælector, & postea suæ Congreg. Abbas Generalis, ab Inn. XII. S. R. E. Cardinalis creatus an. 1699. die 14. Nov. varia, eaque egregia opera composuit

1 *De Romano Pontifice, & Ecclesia*, Asserta Dogmatica ad mentem S. Bern. Abbatis &c. Romæ ex Typographia Josephi Vannacii an. 1686. in fol.

2 *Promptuarium* Selectiorum Assertionum Historicarum, Criticarum, Dogmaticarum ex Sac. Scriptura, &c. Romæ typis Pauli Monetæ 1687. in fol.

3 *Theologia* Historico-Dagmatico-Scholastica adversus Ethnicos, Hebræos, Hæreticos, Schismaticos &c.

4 *Dispunctio Notarum* XL. quas Scriptor Anonymus, Emi Cardinalis Cęlestini Sfondrati libro, cui titulus *Nodus Prædestinationis, quantum homini licet, dissolutus*, inussit; Colonię Agrippinæ apud Flaminium Jepcopinceh 1698. in 4. iterumque ibidem apud Servatium Noethen 1699. in 4. sed suppresso nomine, sicut etiam alia absque proprio nomine evulgavit. Vide Carolum Josephum Morotium Cist. Reflor. part. 3. pag. 128. & seq. aliosque.

JOANNES FRANCISCUS MAYNARDUS Pedamontanus S. Bern. Reform. Abbas Generalis scripsit.

1 *Vitam B. Claræ Angolantis*, impr. Bonon. apud Jacob. Montium an. 1651. in 4.

2 *Vitam S. Gaudentii Episc. & M. Ariminensis*. Arimini 1659. per Simbenium in 4. & alia videnda apud Morotium Cist. Refl. pag. 99. obiit 1668. ęt: 66.

JULIUS AMBROSIUS LUCENTI Romanus Cistercien. Abbas in compendium redegit Italiam Sac. Ferdinandi Ughelli, eandemque aliquot in locis auxit, pręsertim ubi de Episcopatu Casinensi agitur, impressam Romæ cum hoc titulo in fol.

Italia Sacra restricta, aucta &c. Fronti autem primi tomi præfixit Synopsim Vitæ ejusdem Ughelli; item edidit.

2 *Fulgorem Fulginei* in Splendoribus Sanctorum, sive de Sanctis, & Beatis Civitatis Fulginei impress. in 4. Romæ typis Bernabò an. 1703.

JULIUS BARTOLOCIUS de Celeno Ætruriæ Oppido Ref. S. Bern. Linguę Hebraicæ, ac Rabbinicę eruditionis scientissimus, Scriptor Apostolicus ejusdem linguę Hebraicę, & in Neophitorum Collegio almæ Urbis publicus talis Idiomatis Pręlector, concinnavit.

1 *Bibliothecam Magnam Rabbinicam* de Scriptoribus, & Scriptis Hebraicis ordine alphabetico Hebraicè, & Latinè digestis. Pars 1. tres primas Alphabeti litteras complectens, Romæ typis Congreg. de Propaganda Fide an. 1675. in fol. Pars 2. Ibidem an. 1678. in fol. Pars 3. Ibidem in fol. 1683. Pars 4. complectens Authores, qui cadunt sub littera Caph, & reliquis usque ad finem Alphabeti Hebraici.

2 *Liber Tobiæ* Filii Tobielis cum versione Latinâ interlineari. 3. *Migdaloz scem Adonai*, id est, *Turris Fortitudinis nomen Domini*, seu Defensio Doctrinæ Christianæ Hebraicè translatæ à Jo: Baptista Galileo. Est MS. Romæ in S. Pudentiana. Vivere desiit Romæ an. 1687. Morotius Cist. Ref. p. 3. pag. 123. & seqq. Julii Bartholocii *Biblioth. Rabbinicam* contractam, emendatam, & suppletam ex Istrimero, Plantavitio, Buxtorfio, Hottingero &c. memorat

rat Jo: Albertus Fabricius in *Bibliographia Antiquaria* Hamburgi, & Lipf. 1717. Cap. 1. *Antiquitatum Hebraicarum Scriptores Generales* pag. 26. & cap. XII. *de Prophetis* pag.430.num.III. & cap.XVI. de *Nummis* Hebræorum pag. 532. &c.

LAURENTIUS BERTRANDUS Sabaudus Maurianenfis Refor. S. Bernard. compofuit.

1. *Sacræ Theologiæ* tom.4. impreff. Aftæ 1675. per Zangrandum, iterumque 1676. & tertiò 1678., demumque 4. eodem anno 1678. obiit Camberii an.1681. reliquas ejus lucubrationes indicat laudatus Morotius ibidem par. 3. pag. 114.

LUCAS BERTOLOTTUS Pedemontanus Refor. S. Bern.Abbas Generalis an. 1645. qui è vivis exceffit an. 1682. plura fcripfit cum hifce titulis.

1 *Hotrerica*, ideft Rethorica, de Jure Ducum Sabaudiæ in Regnum Cypri. Romæ 1641. apud Monetam in 12. 2. *Columba Pamphilia* ibidem 1645. in 4. 3. *Nardus Gallica, & fpecus Betlehemitica*, Elogium in D. Bernardum. Ibidem an. 1645. in 4. 4. *Alcides Myfticus*, de Geftis S. Bernardi, Romę 1652. Per Collinium in 4. 5. *Vita Card. Bona*, Aftæ 1677. apud Zangrandum in 8. 6. Gefta D. Bernardi Abbatis CXXI. Elogiis expreffa, Romæ 1682. per Tinaffium. MSS.

1 *Cardinalis Montalti Currus*. 2. *Antiftes Regularis*. 3. *Centum Cafus Confcientiæ*. 4. *Cor Jefu*. De eo Andreas Rofottus in Syllabo fcriptorum Pedemontii. Morotius Cift. Refl. p.2. pag.49. & p.3. pag.96.

MARCUS ANTONIUS è nobili familia Carretta Pedem. Refor. S. Bernard. Abbas, collegit

Santorale del Sac. Ordine Ciftercienfe; tom. 1. continens menfes Jan. & Febr. Taurini anno 1701. apud Fontanam in 4. tom.2. continens menfes Martii, & Aprilis. Vide Morotium Cift. Refl. p.3. pag. 134.

PHILIPPUS MALABAYLA ex Comitibus Canalis, Aftenfis Diecęfis, Ref. S. Bern. celebris Hiftoricus, doctrinâ prętanti confpicuus, Abbas Generalis, plura, eaque pręclara confcripfit.

1 *Hiftoriam B. M. V.* prope Montem regalem Parifiis, apud Jo: Neuqueville an. 1622. in 4., & Montis Regalis 1624. Italicè apud Rufeum. 2. *Vitam D. Bernardi Abbatis*, Italicè. Taurini apud Jo: Dominicum Tarini, & Neapoli apud Montanarum 1634. 3. *Aftam Sacram*, & de S. Brunone Aftenfi; Venetiis. 4. *Clypeum Civitatis Aftenfis*. Aftæ apud Zangrandum in 8. & Lugduni 1656. in 4. 5. *Orationem Funebrem* in obitu S. Francifci Salefii, Parifiis 1623. per Heuqueville. 6. *Orationem in laudem* ejufdem S. Franc. Salefii Taurini per Tarinii Hæredes in 12. 7. *De Monachatu* Benedictino S. Gregorii Magni contra Baronium. 8. *de Sancto Evafio* Apologia contra Jo: Bellainum. Eum laudant Franc. Auguft: ab Ecclefia in Hift. Chronol. Pedem:pag. 401. Hippol. Marrac. Bib. Marian. p.2. pag.296. Ferd. Ughell. Ital. Sac. tom. 4. pag.476. Morot. Cift.Refl. par. 3. pag. 84. obiit anno 1656. æt. 79. Relig. 61.

ROBERTUS RUSCA fcripfit

Santità, è Dottrina Cifercienfe coll'origine di cinque Ordini di Cavalieri, che veftono abito, e offervano Conftituzioni Cifterciensi; Al Seren. Alberto d'Auftria. In Milano per Francefco Paganello 1598. in 4.

SIL-

SYLVESTER MAUROLICUS Siculus Messanensis plura composuit, typisque tradidit, inter quæ.

1 *De Viris Illustribus Ordinis* Cisterciensium.

2 *Mare Oceano*, overo Historia Sacra di tutte le Religioni del Mondo divisa in 5. Libri in fol. Messanę apud Petrum Brea 1613.

3 *Topographiam Sanctorum* Christi militum.

4 *De præcipuis Basilicis* SSmæ Reginæ Cęlorum dicatis, & Ecclesiis eidem divino oraculo, & miraculo erectis. 5. *De Viris Illustribus Siculis*. 6. *De Sanctis claris*, & Martyrio coronatis in Regno Sicilię. 7. *Catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum*. 8. *Lucidarium* continens XL. quęstiones de Astrologia, & Philosophia. De eo Philip. Labbe Bibl. Bibl. Anton. Mong. Bibl. Sicul. tom.2. pag.226. aliique.

THOMAS CISTERCIENSIS scripsit

In Cantica Canticorum impress. Romę in fol. an.1666.

APPENDIX

Aliquot Episcoporum Congregationis Monachorum Cisterciensium Italiæ.

CAROLUS JOSEPH MOROTIUS * Monregalens * in Pedemontio doctrina, & multiplici virtute conspicuus ab Innoc. XII. Pont. Max. creatus fuit Episcopus Bobiensis in Alpibus Cottiis, sed cum ei ab Hispanis tunc ejus regionis dominis, ad suam Ecclesiam interdiceretur accessus, cura illi plurium in Romanę Ecclesię Ditione Episcopatuum demandata fuit, Imolensis videlicet, Urbevetani, Balneoregiensis &c., donec Clem. XI. Sum. Pont. vacantem in eodem Pedemontio, imo in Liguriâ Pedemontio subjecta, Salutiarum Episcopatum ei detulit, quem cum admodum laudabiliter administrasset,in ultima senectute Vitę periodum clausit.

* *De eo supra in Appendix Scriptorum.*
* *Mondovì.*

EUGENIUS III. Pontifex Maximus loco humili in Tuscianatus, in Oppido, agri Pisani, *Monte Magno* dicto, discipulus S. Bernardi Abbatis, & Abbas SS. Vincentii, & Anastasii extra Urbem ad aquas Salvias Ord. Cistercien. electus fuit Pontifex miro, & repentino Cardinalium consensu, cum ipse Cardinalis minime esset, idque an. 1145. die 27. Febr. post mortem nempe Lucii II. fuitque Vir Sanctitate morum, omniumque Virtutum splendore conspicuus, & miraculorum etiam gloria post obitum illustris Ciac. Henriquez in Fasciculo. Graveson tom. 4. pag. 2. aliique plures.

MALACHIAS INQUIMBERTI nobilis Gallus, primum Fr. Ordin. Prædicatorum, deinde Monachus novissimæ Congregationis Reformatæ Cisterciensis S. Bernardi ad normam Trappensium in Italia apud Cęnobium Casæmarii in Latio; mox à Cardinali Laurentio Corsino celeberrimæ, ditis-

ditissimæ, ac selectissimæ Bibliothecæ suæ Præfectus, haud ita multo post ab eodem ad summum Pontificatum assumpto Archiepiscopus Tessalonicensis in Macedonia renunciatus est, & denique Congregationis SS. Inquisitionis Romanæ, ac Universalis Consultor constitutus, & merito sane, est enim Vir doctissimus, & præstantissimus, olim in Pisano Atheneo Sacr. Theologiæ Professor meritissimus; recèns autem creatus fuit Archiepiscopus Carpentoractensis inditione Pontificiâ Avenionensi.

PAULUS Abbas S. Mariæ de Altofonte in Sicilia fuit electus Archiepiscopus Montis regalis in eadem Sicilia an. 1328. Jo: Aloysius Lellus Hist. Montis Reg. 2. Edit. pag. 32. Roc. Pyr. Sic. Sac.l. 1. n. 3. f. 419. Vitus M. De Amico Suppl. Sic. Sacr. l. 4. par. 3. pag. 67.

PLACIDUS PEZZANGHERI nobilis Placentinus, Monachus primùm fuit Congregationis Casinensis, & Monasterii S. Xisti Placentiæ Professus, deinde ad eandem reformatam Cisterciensium apud Casam-Marii Congregationem transiens, sed aliquantò Inquimberto prius, & in ea constanter perseverans, post aliquot annos Abbas Cœnobii ejusdem creatus est, mox, à Benedicto XIII. cui jam pridem notus, & ob virtutem, & doctrinam in paucicharus erat, in Vaticanum Palatium accersitus, & aliquot Gallicis operibus in Latinum idioma, & in Catholicæ Ecclesiæ utilitatem transferendis admostus, Episcopus primum Himeriensis in Mesopotamia, ac tandem Tiburtinus in Latio dictus fuit (retento nihilominus Casæ-Marii regimine) ubi Ecclesiast. disciplinæ zelum, & pastoralis solicitudinis egregiam curam ostendit. De eo videndus noster Episcoporum Congreg. Casinensis Catalogus verbo *Cælestinus* pag. 15.

Nec hos tantum ex nobilissimi Cisterciensis Ordinis Italicis Congregationibus ad Episcopatum assumptos fuisse credendum est, sed quia ego in deserto loco nunc constitutus, librisque opportunis carens, horum sólummodo meminisse potui, quamvis ut plures scirem, conatus omnes, & preces per calamum adhibuerim, verùm hactenus frustra.

APPENDIX

Quorumdam Virorum Sanctitate Illustrium Congreg. Cister. Italiæ.

ANDREAS à S. BONAVENTURA è Burgo S. Sepulchri in Etruria, Cæsar Cugius in sæculo dictus, Romæ S. Bern. Refor. Congregationem ingressus est an. 1633. ad Montis deinde Soractis Cænobium missus, ubi olim S. Sylvester Papa persequutionis rabiem declinans, aliquandiù latuerat, & postea S. Nonnosus Abbas jam pridem inhabitaverat, ad obitum usque magnâ animi voluptate, & spirituali consolatione perseveravit, nihil veritus crebrerrimos in montis cacumine fulminum ictus, à quibus tamen ipse in offen-

offensus semper evasit; quamvis plures alii tum Eremicolæ, tum diversorum Ordinum Ascetæ Benedictini, Camaldulenses, B. Petri de Pisis, S. Francisci de Observantia Aracœlitani, &c. qui in eodem loco sedem posuere, telorum furentium impetum, indeque mortem haudquaquam declinaverint, coacti propterea socii, si qui superstites remanserunt, fulmineum montem quantocyus deserere, & ad tutiora migrare: At Andreas ad Sanctuarii illius custodiam à Deo servatus, assiduæ orationis præsidio, discrimina omnia effugit; & S. Nonosi Italici Taumaturgi cultum, & religionem ibidem restituit, cujus virtutes pro virili imitari jugiter studuit, humilitatem videlicet, quâ honorum ambitionem à se procul eliminavit, pęnitentiam, paupertatem, illibatam castimoniam, & invictam in adversis cunctis patientiam, Erga verò illuc adventantes, devotionis gratiâ, humanitatem, & charitatem eximiam tum pro corporibus refocillandis, cum pro animabus Deo aquirendis, eorum exomolegeses sapienter, prudenterque excipiens, & Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento eosdem peramanter ad æternam Vitam instaurans. Septem supraviginti annos bonorum adeò operum fragrantissimum odorem cum undecumque sparsisset, anno demùm 1686. ad cęlestis Syonis montem perpetuâ, beatâque securitate fruiturus ascendit, ex Benedicto Stella Cist. Reform. De restituta S. Nonnosi devotione Romæ 1668. Antonio Degli Effetti in Commentario Historico de S. Nonnoso. Carolo Josepho Morotio Cistercien. Reflor. part. 4. pag. 276. & seqq. usque ad Libri finem.

BARTHOLOMÆUS à S. FAUSTO Siculus Platiensis, [de quo supra in Appendice Scriptorum Cistercien.] non tantum moralis Doctrinę, tutioris quidem, ac probatioris, pręstantiâ celeberrimus, sed Sanctitatis etiam opinione conspicuus, quam illi eximia in primis humilitas, famę applausus studiosissimè declinans.conciliavit, sub modio latere, domi nimirum fere semper inclusus, in votis, ac more habens. At cum Urbani VIII. jussu, Provincialis, aliorumque graduum munera illi fuerunt obeunda, nutriendę, promovendęque regulari disciplinę operam omnem impendit. Summo mane devotissimè sacra faciebat; In Deiparam Virginem piissimus, ante ejus Iconem enixissimas preces diutius fundebat. Tandem Neapoli apud S. Carolum majorem ęternam Vitam consequuturus,transeuntem absolvit an. 1636. die 20. Julii, cujus funus aviculę pulcherrimę, ac discolores, nec antea, nec postea amplius visę, cantus suavissimi dulcedine, tota spectante, audiente ac stupente Urbe, prosequutę sunt, ad finem usque triduanę parentationis, quę illi ob confluentis populi frequentiam, pro trahenda usque ad tertium diem fuit, quâ peractâ disparuerunt.

FR. DIONYSIUS à S. BERNARDO Germanus ex Helvetia oriundus, Romę apud S. Pudentianam Congreg. Refor. S. Bern. *Donatus* fieri voluit [sunt autem Donati, qui simplicem obedientiam in ea Religione vovent]. Vir fuit multis Virtutibus insignis, humilitate, obedientia, silentio, perfectâ Regulæ observantiâ, carnis mortificatione Cęlo, Terrisque dilectus. Floruit an. 1607. qui inter alias à Deo receptas gratias, paucos ante mortem dies, cœlestes has voce audire meruit, *Dionysi Fr. dispone conscientiæ tuæ, morieris enim brevi, dimissa sunt tibi peccata*. Itaque octo post dies in eodem Cęnobio sanctè obiit. Gabr. Bucel. in *Benedicto* Rediv. ad eundem annum. Carolus Joseph. Morotius Cist. Refl. p.4. pag. 194.

JOANNES BAPTISTA à S. BERNARDO, in sæculo Joannes Baptista Rodul-

dulphus nobili ſtirpe natus eſt an. 1588. in pago Caſolanæ, Diœceſis Imolenſis, in Ciſter. Refor. album adſcriptus eſt Romæ in S. Pudentiana an. 1609. ac XII., quibus ſupervixit annis, admirabili Sanctitate affulſit; nam illibatam caſtitatem ſemper coluit, ſolitudinem, ac paupertatem impensè adamavit, humilitatem verò, ac obedientiam in cunctis ſuis actibus præſetulit, auſteritatem denique, tum in vigiliis, & indumentis, tum in ciborum abſtinentia, ſemel ſuſceptam non retinuit modo, ſed etiam de die in diem adauxit. Sed prę omnibus virtutibus, patientiâ ad miraculum invictâ præcelluit; inſanabili enim ulcere in facie percuſſus, acerrimos dolores, ac intolerabilem fętorem adeò ęquanimiter ad mortem uſque ſuſtinuit, ut potius de horribili hoc morbo gauderet, veluti de cœleſtium, quibus fruebatur, conſolationum pretioſiſſimo theſauro, alter propterea Job ab omnibus acclamatus. Arcebatur ob eam fœdiſſimam ægritudinem à Sacerdotio ineundo, (Clericus idcirco ſemper manens) Sed Chriſti Domini, ac Deiparæ Virginis dulciſſimæ apparitiones, quam Deo charus, quamquam illi intimè unitus, & adhærens eſſet, teſtabantur; denique dilectam Cęlo animam tam difficilis, moleſtique certaminis Victoriâ coronatam, immortalitatis ſerto coronandam in manus Domini feliciſſimè tradidit an. 1621. ætatis ſuæ 33. luce fulgentiſſimâ ſupra Soractis montem, ubi aliquamdiu vixit, demumque obiit, ab omnibus viſâ, coruſcante. Vide Carol. Joſeph. Morotium Ciſt. Reflor. part. 4. pag. 122. & ſeq. Antonium Degli Effetti, in Memoriis S. Nonnoſi Abbatis Soractenſis.

JOSEPH à S. GERMANO Siculus patriâ Siracuſanus, in ſæculo Joſeph Minittus, in quo adhuc degens, doctrina, & probitate toti Romanæ Urbi notiſſimus fuit, ubi Congregationis Refor. S. Bern. alumnus cum evaſiſſet, humilitatis, & voluntariæ abjectionis, ſummæque auſteritatis exemplar vixit, imo verò mundo, ſibique mortuus, ſemperque in Deo, rebuſque cœleſtibus, oratione, & contemplatione abſorptus, ad eum migravit, numquam ab eo ſeparandus, cujus Defuncti Veſtes, corporiſque extremas particulas devotionis gratia plebs abſcindens, veluti Sancti alicujus reliquias ſecum abſtulit. Floruit an. 1615. Gabr. Bucel. Ben. Rediv. ad hunc annum. Anton. à S. Petro cap.9. Philip. Malabayla &c. Morot. p.4. pag.195.

PLACIDUS BERNARDUCCI à S. Mauro poſtea dictus Romę apud S. Pudentianam Ciſtercien: Reformatis nomen dedit anno 1589. effulſitque pluribus, ingentibuſque virtutibus, columbinâ nempe ſimplicitate, infantili innocentiâ, & profundiſſima humilitate, ſed pręcipuè ardentiſſimo in Deum amore, & in proximos charitate, & aſſiduę orationis inſtantia. Erga Dominicam Paſſionem ſumma devotione afficiebatur; paupertatis verus amator, nil terreni deſiderans, omnia in Deo ſe poſſidere gloriabatur; patientię dono pręditus, injurias, & contumelias, beneficiis, fuſiſque pro perſequentibus ad Deum precibus compenſabat. Infirmos, quorum curam toto decennio geſſit, omni charitatis officio ſedulò proſequens, die, noctuque illis aſſiſtens, nihil ad eorum ſalutem, & ſolatium conducens, aut pertinens pręetermittebat: Merito igitur ad laborum pręmia vocatus, piiſſimè, ac lęto animo cœleſti Sponſo occurrit, ab eo in gaudium Dñi ſui intrare juſſus anno 1610. Morot. Ciſt. Refl. par.4. pag.191. & ſeqq.

AP-

APPENDIX

Aliquot Scriptorum Congreg. S. Crucis Fontis Avellanæ, ſive Columbæ Ord. S. P. Benedicti, in Italia à B. Landulpho inſtitutæ anno 976.

GUIDO patria Aretinus ex nobili familia de Octavianis, Monachus fuit S. Crucis Fontis Avellanæ, & ibidem etiam Abbas an. 1047. Vir doctiſſimus, & optimus, & Catholicæ Fidei fortiſſimus Atletha contra Berengarium Turonenſem, Archidiacouum Andegavenſem, ſcripto inſigni libro.

1 *De veritate Corporis, & Sanguinis Christi*; calluit etiam muſicam artem abſolutiſſimè, de qua compoſuit

2 *Libros duos*, & notas aliquot, & manum inſuper muſicam adinvenit. Ludovic. Jacob. in Vitis SS. Umbriæ tom. 1. Graveſonius Hiſt. Eccleſiæ tom. 4. par. 1. pag. 272. ubi opera hæc Muſica à Guidone *Michrologum* fuiſſe inſcripta refert, ideſt Epitomem, aut compendium Muſicæ artis, unde Domnizo de Geſtis Comitiſſę Mathildis, *Micrologum librum ſibi dictat Guido peritus, Muſicus, & Monachus, nec non Eremita beandus.*

S. JOANNES GRAMMATICUS * Laudenſis, diſcipulus in paucis charus S. Petri Damiani, ab eo ſacro Monachi-cucullo donatus anno 1071. in Monaſterio S. Crucis Avellanæ, & poſtea Epiſcopus Eugubinus an. 1105. ſcripſit

* *Lodi.*

Vitam ejuſdem S. Petri Damiani. Idem Jacob. ibidem pag. 109. S. vero Jo: Grammatici Vitam ſcripſerunt Philippus Ferrarius, Ferdinandus Ughellus, & Bollandiani.

B. LANDULPHUS, ſive RADULPHUS natione Germanus, ſecundum aliquos, ſecundùm verò alios Italus, Patria Eugubinus, familia de Pamphiliis, Monachus factus eſt anno *976.* in Monaſterio à ſe divino monitu fundato in Sylva inter Montem Catria, altiſſimum ex Appeninis, & montem Acutum in Umbria XIV. millia paſſuum ab urbe Eugubina, & V. à Callienſi Civitate, cui Monaſterio inditum fuit nomen *S. Crucis Fontis Avellanæ*, ac deinde ipſe B. Landulphus plura alia Monaſteria circumquaque, ac longius etiam ædificavit, ita ut in amplam, celebremque excreverint Congregationem Nigrorum Monach. ſub regula S. Benedicti, approbatam à Sylveſtro II. Pont. Max. propagata ſiquidem fuit per totam Italiam, præcipuè Aſſiſii, Fulginei, Spoleti, Faventię, alibique, nonaginta, vel eo amplius Cęnobiis coaleſcens. Huic itaque Congreg. B. Landulphus addidit

Conſtitutiones peculiares pro firmiori obſervantia Regulę S. Benedicti. Ludov. Jacobillus Vit. SS. Umbr. tom. 1. pag. 107. B. Landulphi Vitam ſcripſit S. Petrus Damiani. Vide infra in Epiſc. hujus Congreg.

S. PETRUS DAMIANI RAVENNAS an. 1050. idem Monaſterium S. Crucis Avellanę delegit, ubi Deo per Vota Monaſtica arctius ſe conſecraret, & an. 1053. creatus fuit Prior Generalis ejuſdem Congr. quam SSme rexit,

D re-



reformavit, & ampliavit. Anno autem 1058. instituit aliam Congregationem denominatam ab eo *S. Damiani*, in Apulia prope Sulmonam in Monast. S. Petri de Majella juxta montem dictum de Morono, sub regula S. Benedicti, ubi postea *S. Cælestinus V.* sub nomine *Petri de Morono* mansit, & Monachi Celestini nunc degunt ab anno 1294. S. verò Petrus Damiani eodem an. 1058. renunciatus fuit Card., & Episc. Ostien, à Stephano Papa IX. ac deinde Legatus Apostolicæ Sedis ab Alexandro II. an. 1059. Piceni, Umbriæ, & Flaminiæ, fuitque Vir undecumque doctissimus, & SSmus. Cum autem missus fuisset Legatus pariter Apostolicus Mediolanum, & in Longobardiam, Galliam, & Germaniam, aliasque Provincias à laudato Pontifice Alex. II. & à Greg. VII. in reditu obiit Faventiæ apud Monasterium suæ Congregationis S. Mariæ nuncupatum an. 1080. ætatis suæ 66. Aliqui afferunt eum aliquandiu gestasse habitum Monachorum Camaldulensium, & inter eos vixisse, ideoque Monachis etiam Congreg. Camaldul. adscribendum. Ejus vitam scripsit laudatus S. Joannes Grammaticus, qui obiit an. 1106. quam Cajetanus mox laudandus una cum ejus operibus iterum prælo subjecit Romæ, & Bollandus tertio recudit ad 23. Jan: præviis in eandem Commentariis, S. autem Petri Damiani Opera à Constantino Cajetano collecta, argumentis, notis, & observationibus illustrata edita fuerunt Romæ tomis 4. in fol. addita tomo 4. Apologiâ ejusdem Cajetani pro Operibus ipsius S. Petri Damiani contra Zeiglerum. Primus tomus continet

1 *Epistolarum* libros 8. apud Aloysium Zannetum an. 1606. Secundus
2 *Sermones de Sanctis*, & Sanctorum Vitas, apud Gulielmum Facciottum 1608. Tertius
3 *Opuscula Theologica*, & moralia, apud Mascardum 1615. Quartus denique.
4 *Pias Precationes*, & diversi generis Metra, & Rythmos. 1640. Vide nostram Bibliothecam par. 1. pag. 125. Ludov. Jacob. de SS. Umbriæ &c. Gravesonium Histor. Ecclesiast. tom. 4. part. 1. pagg. 99. 101. 259. 260. 306. Hieronymum Rubeum Hist. Rav. lib. 5. Gabrielem Pennotum lib. 2. cap. 48. aliosque.

SIGISMUNDUS MONACHUS egregius, & celeberrimus in eodem Avellanę Cenobio, Guidonis Aretini sodalis, in divinis scripturis versatissimus, ipse etiam contra Berengarium doctissime disputavit, quapropter ob Doctrinam, & zelum creatus fuit Episc. Anversę, multa scripsit haud completa, sed perfecit tantum libros tres.

1 *De Corpore, & Sanguine* Xristi Domini
2 *De Xristi Humanitate*.
3 *De Sancta Trinitate* contra eundem Berengarium. Idem Jacob. ibidem.



APPENDIX

Aliquot Episcoporum Congregationis S. Crucis Fontis Avellanæ.

BENEDICTUS ex Monacho Avellanensi creatus fuit Episcopus Fulginas an. 1193.

S. JOANNES GRAMMATICUS B. Petri Damiani discipulus, Monachus evasit an. 1071. electus fuit Episc. Eugubinus an. 1105. de quo supra in Append. Script.

JULIANUS discipulus, & successor B. Landulphi in eodem Episcopatu anno 1012. ex renunciatione ipsius B. Landulphi. Obiit an. 1015. Ludov. Jacob. SS. Umbr. tom. 1. pag. 109.

B. LANDULPHUS, de quo supra in App. Script. invitus quidem, populo postulante, electus fuit Episcopus Eugubinus approbante, & confirmante Sergio IV. Pont. Max. qui cum aliquot annis eam Ecclesiam SSmè rexisset, eamdem sponte dimisit, Juliano Successore ejus operâ constituto, & ad suum Fontis Avellanæ Monasterium rediit, ubi aliquot annis sanctis operibus ferventius vacans, ad Deum feliciter migravit an. 1042. Instituta autem ab eo Congreg. quæ tot Sanctis, & præstantissimis Viris floruit, cum temporis progressu ad paucos Monachos redacta esset, à SSmo Pio V. Pont. Max. unita, & adnexa fuit Congreg. Monachorum Camaldulen. an. 1570. accitis Monachis ex Cęnobio S. Gregorii de Urbe, ad Clivum Scauri, qui hactenus idem Monasterium S. Crucis de Avellana inhabitant.

In hoc eodem Monast. olim Dantes Aligherius potiorem partem celeberrimi sui Poematis composuit, ibique ejus effigies cum inscriptione adhuc conspicitur. Lud. Jacob. SS. Umbr. tom. 1. pag. 106. & seqq.

MAURUS ex Monacho Avellanensi factus Episcopus Eugubinus an. 1193.

S. PETRUS DAMIANI Card. & Episc. Ostien. de quo supra bis, in Append. videlicet Episcoporum Camaldulen., & in Appen. Scriptorum, hujusce Avellanen. Congreg.

B. PHILIPPUS Fulginas Episcopus Nucerinus. ex eadem Congregatione, & Monasterio.

S. RIDOLPHUS Episc. Eugubinus vir SSmus, & pęnitentissimus, discipulus S. Petri Damiani, creatus an. 1058.

S. RINALDUS item Fulginas, itemque Episcopus Nucerinus in Umbria.

SIGISMUNDUS Episcopus Anversanus, de quo supra in Appendice Scriptorum.

THEOBALDUS discipulus B. Landulphi successit Juliano (de quo paulo ante) in Episcopatu Eugubino, de quo, sicut etiam de aliis omnibus vide laudatum Jacobil. ibidem pag. 109.

APPENDIX

Aliquot Virorum Sanctitate Illustrium Congreg. S. Crucis Fontis Avellanæ.

PRæter enarratos in duabus præcedentibus Appendicibus, qui fere omnes Sanctitatis splendore floruerunt, alii quoque eandem Sanctitatis famam adepti sunt, inter quos

B. ALBERTINUS Prior ejusdem Monasterii Vir celeberrimus, & Sanctitatis gloriâ insignis.

S. AMICUS Camers Patriâ, honestâ familiâ natus, humanis, sacrisque litteris imbutus, Monachus primum fuit in Archisterio Casinensi: deinde vigente famâ regularis observantiæ absolutissimæ, & acerrimæ penitentiæ Congregationis, & Monasterii S. Crucis Fontis Avellanæ, ad illud transeundi facultatem à Casin. Abbate obtinuit in quo sanctè vixit, & obiit an. 993. valde senex miraculis gloriosus. De eo Cęsar Baron: - S. Petrus Damian. - & Philippus Ferrarius.

S. DOMINICUS LORICATUS, à galea, & lorica ferrea, quam semper in capite, & ad vivam cutem gestabat, dictus, natus est Luceoli Umbriæ Civitate inter Callium, & Eugubium circa an. 995. Anno autem 1020. Monachus factus est Camaldulensis in Cęnobio haud longè ab eadem Civitate Luceoli, sed post annos 13. majoris perfectionis, & pęnitentię desiderio, transivit ad observantissimam, & rigidissimam, eo temporis, Fontis Avellanæ Congregationem, evasitque discipulus S. Petri Damiani, qui eidem Congregationi spiritum, ac fervorem verbo, & exemplo afflabat. Vixitque ibidem S. Dominicus mirabili, & humanis viribus incredibili pęnitentiâ, quam fusissimè describit laudatus Jacobilli in Vitis SS. Umbr. tom. 2. pag. 337. & seqq. In Cęlum abiit an. 1061. 14. oct. ætatis suæ 66. In Castro Frontala dicto Diœcesis Semptempedanæ, hodie *S. Severino* in Piceno.

B. FORTIS ex eodem Monasterio, qui obiit an. 1040.

B. JACOBUS Patria Nucerinus Monachus S. Stephani de Parrano Diœcesis Nucerinæ sub Congregatione S. Crucis Avellanæ, Vir magnæ abstinentiæ, orationis, & meditationis Passionis D. N. J. Xristi. Sanctè obiit in eodem S. Stephani Cęnobio circa an. 1300. Lud. Jacob. ibidem tom. 1. pag. 569. Plures alii Sanctitatis opinione celebres floruerunt in Monasterio, & Congregatione eadem S. Crucis Fontis Avellanæ, quos videas apud eundem Jacob. ibid. tom. 3. à pag. 332. ad 355.

De hujusce Congregationis Illustribus, & SS. Viris agit etiam Hyacinthus Ignatius Amat de Graveson. in Hist. Ecclesiast. tom. 4. pag. 335. & seqq. ubi asserit eam Congregationem à Discipulis S. Romualdi fundatam fuisse, ex Cl. Guidone Grandio in Differt Camal. Lucæ impress. an. 1707. ex quo etiam probat Gravesonius, Fontis Avellanæ Monachos semper fuisse Instituti Camaldulensis alumnos.

AP-

APPENDIX

Aliquot Scriptorum Congregationis Sanctæ Crucis Saxivivi in Umbria propè Fulgineum à Beato Maynardo institutæ an. 1085.

B. MAYNARDUS nobili stirpe in Germania, vel ut aliis placet in Latio natus, Vir magnæ doctrinæ, pœnitentiæ, & sanctitatis, Magister, & Doctor Philosophiæ, Theologiæ, ac Sac. Scripturæ, quas disciplinas alios etiam docuit; magno animarum salutis Zelo præditus, verbo, & exemplo peccatores plurimos ad Deum convertit, & ad pœnitentiam adduxit, Hic D.P.Benedicti Regulam professus, Monasterium Saxivivi in Umbria juxta Fulgineum instituit, concedente S. Bonfilio Monacho Benedictino, & Episcopo Fulginate, & peramplæ, insignisque Congregationis Author fuit an. 1085., quæ in Umbria, Piceno, Tuscia, ac Latio ad 92. Monasteria regulari observantiâ clarissima, propagata est; præter 41. Ecclesias, & 7. Hospitalia, ab eadem Congregatione variis in locis possessa, & administrata, fuitque B. ipse Maynardus ejusdem Congreg. primus Abbas Generalis; Multum laboravit pro extinguendo, ac penitus tollendo schismate Cadolai Pallavicini Antipapæ, hæresumque gliscentium tempore Stephani IX., & Alexandri II. quamobrem à Paschali II., & Innoc. II., Epistolâ ad Michaelem Abbatem, & Monachos Saxivivi datâ an. 1134. S. Rom. Eccl. benemeritus, & fidelis minister nuncupatur; Ad Cœlum transiit in eodem Monast. Saxivivi an. 1092. die 10. Decembris ætatis an. 70. ibidem sepultus, composuit

Constitutiones, ac leges pro Monachis suæ Congregationis. Lud. Jacob. in Vitis SS. Umbriæ tom..... pag. 197. & fusiùs in Chronicon Saxivivi edito Fulginei ann. 1653. Julius item Ambr. Lucenti in Libro, *Fulgor Fulginei* Romæ impresso apud Bernabò 1703. à pag. 79. usque ad 85.

De aliis verò Monachis hujus Congregationis, quos utpote solitudini, ac sacris studiis addictos, plura elucubrasse admodum credibile est, nihil hactenus ad litteras pertinens narrare possumus, cum apud Jacobillum in laudato Chronico nihil hujus modi inveniatur.



AP-

APPENDIX

Quorundam Episcoporum Congregationis S. Crucis Saxivivi.

ÆGIDIUS Episcopus Fulginas in Umbria.
ÆGIDIUS Episcopus Nucerinus, ibidem.
CHRISTOPHORUS Episcopus Nucerinus, ibidem.
EVANGELISTA Episcopus * Typhernas, ibidem.
JOANNES THOMAS Episcopus * Aletinus in Calabria, & postea Nucerinus in Umbria.
RODULPUS Episcopus * Interamnensis in Umbria.

* Città di Castello. * Lecce.
* Terni.

APPENDIX

Quorundam Virorum Sanctitate Illustrium Congreg. S. Crucis Saxivivi.

MONASTERIUM, & Congregatio S. Crucis Saxivivi, unde plures Episcopi, Monasteriorum Reformatores, aliique doctrina, & virtute præstantes Viri prodierunt, ea Sanctitatis famâ per duo, & eo amplius sæcula floruit, ut in antiquis ejusdem Cœnobii monumentis ita scriptum reperiatur.
„ Monasterium Saxivivi est speculum Monachorum in observantiâ regulari,
„ in Provinciâ Umbriæ, Tusciæ, & Marchiæ. In Monasterio Saxivivi ma-
„ xima viget observantiâ. Primi Abbates, & Monachi [*ejusdem Monasterii*]
„ Ordinis Saxivivi maximâ Sanctitate, observantiâ, & famâ florent „ De primis item Abbatibus, & Monachis ejusdem Monasterii, & Cong. sic ibidem
„ legitur. „ Qui pro Sanctis habentur apud nos, & eorum maxima Sanctitas,
„ & observantia regularis illustrat Ordinem S. Benedicti, & Provinciæ Umb. Fuerunt autem illi XXIII. Abbates, nempe I. Laudatus Maynardus an. 1085. II. Dionysius an. 1092., III. B. Albertus an. 1102., IV. Petrus an. 1121. V. Michael an. 1126., VI. Rodulphus an. 1150. VII. Michael II. an. 1161. VIII. Atto de Actis an. 1163., IX. Rodulphus II. de Actis an. 1169., X. Guido an. 1172. XI. Maurus de Actis an. 1180. XII. Jacobus an. 1184. XIII. Joannes Fulginas ann. 1194., XIV. Bartholomæus an. 1197., XV. Joannes II. an. 1199., XVI. Theobaldus Fulginas an. 1200., XVII. Nicolaus Fulginas ex Comitibus Opelli an. 1209., XVIII. Angelus ex iisdem Comitibus

bus an. 1222., XIX. Angelus II. anno 1260. XX. Guido II. an. 1263. XXI. Jacobus II. à Camerino an. 1295. mense Jannuario XXII. Angelus III. Fulginas an. 1295. mense Nov. XXIII. Angelus IV. à Monte Falco an. 1308. Inter hos tamen Abbates, & Monach. Monast. Saxivivi singularis sanctitatis fama floruerunt sequentes.

B. ALANUS natione Germanus, patria Viennensis in Austria, natus est anno 1263. Fuitque Vir doctissimus, qui cum jam Monachus esset Benedictinus, acceptâ famâ sanctitatis, & regularis observantię Monachorum Saxivivi, ad eos transivit an. 1300., ubi rara humilitate abscondens se sub modio; & pro Idiota se gerens, numquam Sacerdotio initiari voluit, sed vilioribus Cęnobii muniis semper incubuit. Orationi, ac meditationi addictissimus, pęnitentiam, & carnis mortificationem, silentium, solitudinem, aliasque virtutes in deliciis habuit. Sed cum in eadem Germania Beguinorum, ac Beguardorum pessima Hęresis grassaretur, & Clemens V. Pont. Max. an. 1311., ad eam extirpandam, Viennæ in Gallia Concilium indixisset, quò etiam Angelus Saxivivi Abbas, una cum Alano, convenit, Alanus ex abrupto magnâ sapientiâ, ac spiritus fervore, Hęreticos illos convicit, confudit, contrivit, summâ omnium admiratione, & gaudio; qua propter Pontifex Angelo volenti, ac libenti, deque alio Ecclesiastico Beneficio benè proviso Alanum in Abbatia Saxovivensi suffecit eodem an. 1311. qui tamen pro eâ, quâ præditus erat, humilitate, Abbatis munus exercere numquam voluit, sed eidem Angelo illud prosequendum reliquit, Abbatis nihilominus titulo, quo ad vixit ab omnibus honoratus.

Tandem sicut adeò sanctè vixerat, ita SSme obiit an. 1313. die 10. Julii ætatis suæ an. 51. biennio scilicet postquam à Viennensi Concilio redierat ad Saxovivi cellam, imo potius specum, vel antrum, (à me visum an. 1734. die 12. Oct. in quo olim B. etiam Maynardus pęnitentię causa habitaverat) ubi solitarius, inter assiduas preces, ac voluntarias corporis afflictiones ad ultimum usque halitum permansit. Ejusque corpus translatum creditur in Germaniam ad Monasterium * Mellicense in Austria Ord. nostri propè Viennam ejus Patriam. Hic autem B. Alanus alius omnino est ab Alano illo pariter Monachō ob eminentissimam doctrinam, *Doctor Universalis*, denominato, qui anno 1215. Romæ in Concilio Lateranensi sub Innoc. III. Almerici discipulum hæreticum penitus devicit; nam ille Monachus fuit Cisterciensis, hic prius Cluniacensis, ac deinde Saxivivi Ordinis item Nigrorum; ille natus anno 1178. Viennæ in Gallia, Iste an. 1263. Viennæ in Austria. Ille floruit an. 1215., Hic 1311. ille obiit an. 1294. die 5. Januarii ætatis suę ann. 116. apud Cistercium sepultus. Hic obiit anno 1313. die 18. Julii ætatis 51. in suo Monasterio primum, deinde Mellicii tumulatus.

* *Vulgo Molk.*

Floruerunt sanè plures alii Alani Monachi Ord. D. Benedicti, nempe Alanus Lusitanus Cistercien. an. 1135. Alanus Belga * Insulensis Monachus Clarevallensis anno 1140., & an. 1151. Episcopus Antisiodorensis, qui obiit an. 1167. Alanus Auglus Monachus Tenesberien. Congreg. Cluniacen. qui obiit anno 1200. Alanus denique item Anglus Abbas Tenterburiensis. Sed omnium præclarissimi, ac celeberimi duo illi fuerunt, Alanus scilicet Gallus Doctor Universalis, & Alanus Germanus Saxovivensis Asceta.

* *di Lilla*

B. ALBERTUS filius Comitis Gualterii Saxivivi Abbas electus an. 1102. vir magnæ perfectionis, quippe qui regularis observantiæ amantissimus, ac sedulus

dulus exactor,contemplationis æque, & actuosæ vitæ deditissimus, Congregationem Saxivivi admodum propagavit, 13.Monasteriis à fundamentis erectis, Annis 19. Monasterium Saxivivi gubernavit, sanctèque obiit an. 1127. die 4. Febr. ibidem magno honore tumulatus.

Quæ omnia tradit Ludovicus Jacobilli toties laudatus, in Chronico Saxivivi impress. Fulginei apud Alterium an. 1653. pluribus Authorum agminibus ad marginem usque undique stipatus; de B. vero Alano agit etiam Julius Ambrosius Lucenti, in libro *Fulgor Fulginei* Romæ 1703. à pag.123. usque ad 127. qui Joannem Trithemium quoque;Secundum Lancell.& præfatum Jacobillum de eodem B. Alano agentes citat. Hoc Monasterium Saxivivi à Paulo II., Pont. Max. in Commendam redactum, an.1486. ab Innoc. VIII. pariter Pont. Max. Congregationi Monachorum Montis Oliveti, à quibus hactenus, sed parvo numero incolitur, unitum fuit, modica nimirum redditum portione eisdem assignata, majori, ac pinguiori Comendatario relicta, una cum reliquorum Monasteriorum, quæ modo sæculares Ecclesiæ evaserunt, quarum aliquæ curam animarum habent, amplissima jurisdictione.

APPENDIX

Aliquot Virorum Doctrina, dignitate, ac Sanctitate Illust. è Congregatione Florens. S. Joannis Baptistæ Ord. Cistercien. a Ven. Joachino Abbate anno MCLXXX. Instituta.

1 VEN. JOANNES JOACHIM natus est in Oppido Calabriæ, cui nomen *Celicum*, *Mauri* Tabellionis, & *Gemmæ* Filius an. 1145. A puero ingenii acumen, memoriæ tenacitatem, morumque integritatem, gravitati, ac suavitati permixtam, supra consuetum usum ostendit; Admodum juvenis peregrinationem ad Christi Domini Sepulchrum, cæteraque Palestinæ Sanctuaria nudis pedibus, eximioque pietatis sensu confecit, Sanctorum proinde scientiâ, & celestibus charismatibus à Deo cumulatus, quorum præsidio impudicam etiam mulierem hospitam suam,juvenculũ ad voluptatẽ nocturno tempore allicere conantem,oratione primum, mox cum domo egredi licuit, occultâ fugâ devicit, perfectæ continentiæ donum, tamquam victoriæ præmium, in posterum consequutus. Inde in Siciliam digrediens, ad radices montis Æthnæ in antro aliquandiù delituis, jejuniis, sanctis meditationibus, nocturnis, diurnisque precibus vacans.

2 In Calabriam redux ad *Sambucinæ* Cœnobium Cisterciensis Ordinis per ea tempora celeberrimum [nunc fere dirutum] transivit, Verbi Dei prædicationem circumquaque diffundens; Sed cum in Monasterium *S. M. de Curatio* ejusdem Ordinis, & Provinciæ aliquando divertisset, ibi Monasticum institutum sub Columbano Abbate est amplexus, nec ita multo post perspecta ab

ab omnibus ejus virtute, ipso Abbate jubente, cunctisque Monachis assentientibus in Priorem, ac deinde in ejusdem Præsulis defuncti locum, reluctans licet, ac obnitens electus est. Quo tempore cum spiritu Intelligentiæ à Deo imbutus esset, ad sacrorum Librorum explanationem sese totum convertit; nam Joachim humilitatis intuitu donum Intelligentiæ, non vero Prophetię se obtinuisse dicebat, cum tamen plura loco, & tempore valde dissita prophetię spiritu prædixisse constet, quæ ita prorsus, ut prædixerat, evenerunt; inter quæ Lucio III. Pont. Max. an. 1181. Hierosolymam à Saracenis capiendam post triduum, clare enunciavit, quod cum rei exitus comprobasset, idem Pontifex Sacras Scripturas explicandi, præsertim Apocalypsim, facultatem amplissimam ei concessit.

3 In Cęnobio igitur Casæmarii, Dięc. Verulanæ olim apud Hernicos in Latio, ejusdem Ord. Cisterciensis, *Opus Concordiæ utriusque testamenti* perfecit, eidem Lucio tertio statim oblatum, ab eoque, & Sacro Consistorio valde approbatum, & commendatum. Itaque ut sacra hæc studia liberius prosequeretur, & absolveret, annuente etiam Clem. III. Pont. Max., regimine Cęnobii Curatiensis sese abdicavit, dilectæ nimirum Rachelis amplexibus irretitus, ut omnis ejus cogitatio esset apud Altissimum, eique unice adhærens unus cum eo spiritus efficeretur. Deinde regnante Gulielmo cognomento Bono, Sicilię Rege V. Monasterium S. Jo: Baptistæ de Flore, (unde Florensis Congregatio Ord. pariter Cisterciensis) Joachim instituit, ibidemque insigne, ac magnificum templum Cęlorum Reginæ construxit. Est autem locus Floris inter nemora asperrima montis *Syle*, in Alpibus frigidissimis Lucaniæ duplici amne *Albula*, & *Netho* circum septus, in quem erecto jam Monasterio, plurimi vitę melioris studio, & Joachimi sapientiâ, ac virtute allecti convenere, quibus, ut in primitiva Ecclesia, cum esset cor unum, & anima una, in charitate non ficta, in domo Dei ambulabant cum consensu, servientes Deo humero uno, & regularem disciplinam à Joachimo ibi institutam [quam Honorius III. Pontifex Max. ad Episcopum Bisinianensem scribens, utilem, & salutarem nuncupavit) omni perfectione servantes, Xpti bonus odor facta sunt in omni loco, Joachim exemplo in cordis compunctione, jugique carnis maceratione viventes, alacriter Xpti jugum portantes, sanctimoniâ, omnique virtute florentes: Quæ sane optima disciplina Cęnobiorum numero propagata, & Cęnobitarum Sanctitate conspicua, Pontificum, Cęsarum, Regumque protectione, ac munificentia diù viguit, ac floruit.

4 Ipse Joachin singulari abstinentiæ dono à Deo prædítus, annis pluribus ter in hebdomada, IV. nimirum, & VI. feria, dieque Sabbati, nihil prorsus gustavit, Quadragesimę vero tempore, diebus Dominicis exceptis, pane tantum, & aqua vescebatur; miro pietatis sensu divinum Eucharistię sacrificium celebrabat, ad illud multis cum lacrymis, ac prolixis precibus diligentissimè se pręparans, ac disponens, quo fiebat, ut in ipsa celebratione Angelicâ quadam reverentiâ, decore, ac majestate pręfulgens appareret; patientis vero Redemptoris mysteria summo cordis, ac mentis affectu contemplabatur, iis autem diebus ejusdem vivificę Passionis annuâ memoriâ consecratis ita à rebus omnibus Mundi alienus, imò à semetipso etiam abstractus videbatur, ut in patientis Crucifixi imaginem penitus transformatus censeri posset. Ceterum orationi jugiter sic instabat, ut corde, oculis, manibusque [ut de admirabili illo Hibernię Apostolo D. Patritio legitur] in Cœlum erectis, in extasim

raptus assiduè videretur; quod tamen impedimento minime erat, quin etiam tam suis Ascetis, quam sæcularibus hominibus, pro quorumcumque intelligentia, & captu verbum salutis sæpissimè evangelizaret; ingenti sane cujusque profectu, & utilitate, nam sermones suos ab humiliori stylo inchoans, mox altiori, ac ferventiori spiritus tuba prosequens, amorem pariter, ac timorem cunctis, iis incutiebat.

5 Invigilis sedulus, ac impiger; somno parcissime indulgebat, summa in pauperes charitate flagrans, cum utriusque Siciliæ Regnum dira fames invasisset, tum communibus monasterii substantiis, tum cibis de sua mensa, ac vestibus de corpore detractis, quos poterat; recreabat. Humilitatis præcipuus cultor, Abbas etiam cum esset, suis ipse manibus verrere sordes, ægrotantibus inservire, eorum necessitatibus presto adesse, cibos, & medicamina subministrare, mestos solari, agonizantes juvare, & ad mortem pie obeundam hortari, exercitatio illi frequentissima erat. In itinere comitem, aut famulum lassum animadvertens, equum suum conscendere, ut S. olim Odo Cluniacensium Abbas, cogebat, reliquum iter pedibus ipse conficiens. Ejus zeli Apostolici pro Eccl̃a libertate, & honore illud celebratur exemplum, quod cum Imperatrix Constantia eum in Sicilia degentem, Panormum accersisset, ut ei peccata sua confiteretur, ab eoque æternæ vitæ verba audiret, illam sapienter non minus, quam prudenter redarguit, quod ipsa sublimi in throno residens, sibi depressiori in loco sedem constitui jussisset, asserens se quidem eo in munere Xp̃sti Domini personam, ac vicem gerere, ipsam vero Magdalenæ penitentis ejusdem Domini pedibus assuetę, quod illa audiens monitum æqui, bonique consuluit, deque throno descendens humiliter obtemperavit, gloriosissimum Theodosium ipsa hoc pacto sequuta, Joachim vero SS. Ambrosium eo animi robore imitatus.

6 Tamquam ad oraculum, & cęlestis sapientię fontem semper irriguum homines undique ad eum confluebant, qui sanctitatis, ac doctrinæ ejus admiratione capti, compunctionis, ac devotionis spiritu repleti, magnificantes Deum ad propria redibant. Sanctus quoque Cyrillus Carmelita, ex ipso Carmelo per epistolam eum consuluit, & ut Visionem quandam sibi factam enuclearet, verbis honorificentissimis obsecravit. Inter ea autem, quæ prophetico spiritu eventura prædixit, hęc celeberrima. Gręciam ob perfidiam contra Romanam Ecclesiam in miseram captivitatem tradendam. De iisdem vero Turcis insignem victoriam à Xp̃is ad Echinadas insulas reportandam an. 1571. quatuor nimirum antequam contingeret seculis. SS. item Dominicum, & Franciscum illustrium adeo Ordinum Fundatores, multo antequam in lucem prodirent tempore, non solum adfuturos prenunciavit, sed Venetiis etiam in fornice Ecclesiæ D. Marci expressis coloribus, quales postea fuerunt, ut ibidem adhuc videre licet, delineandos curavit, aliaque plura.

7 Tandem senectute jam gravis, ac penitentia confectus, bonisque operibus plenus, cum duorum Monasteriorum *Curatiensis*, *& Florensis* (ut olim S. Robertus *Cisterciensis & Molismensis*) regimini SS̃me præfuisset, apud *S. Martinum de Jove*, *seu de Canale* propè *Petrefitta* oppidum, quem locum ipse Joachim ab Andrea Cosentino Antistite anno 1201. prius acceperat, in ultimam ægritudinem incidit, ex qua moriturum se intelligens, magna spiritus alacritate, & devotione, ad Xp̃tum, cui fidelissime deservierat toto corde suspirans, & cum eo esse percupiens, extremam horam, veluti sponsus

Erat Florensis Monasterii, ut Cistercienses vocant, Grancia.

fus celestis agni nuptias, præstolabatur. Itaque adstantibus aliquot suæ Congregationis Abbatibus, Curatii, Sambucinæ, & S. Spiritus, pluribusque Ordinis sui Monachis, eos ad fraternam invicem dilectionem sectandam, & ad regularis observantiæ semitam, ac æternæ salutis viam fortiter decurrendam vehementer est adhortatus; singulos deinde, alter veluti Jacob Patriarcha benedicens, futuras eis Ordinis sui calamitates prænunciavit. Sanctissimis demum Catholicæ Ecclesiæ Sacramentis munitus, inter discipulorum, filiorumque spiritualium manus, ut beatissimus olim Benedictus, pretiosam animam placidissime ad Deum transmisit an. 1214. 30. die Martii Imperante Friderico II., non sine multis ante, & post obitum patratis miraculis, quæ illum Deo, & hominibus dilectum satis ostendunt. Corpus ex S. Martino de Jove ad Monasterium Florense translatum honorifico monumento conditum fuit. Eum Lucius III. Honorius III. Clemens III. Urbanus V. Pontifices Maxx. Henricus II. & Fridericus II. Cæsares, Constantiæ duæ Augustæ eorundem Cæsarum coniuges, Gulielmi duo, & Tancredus Siciliæ reges, aliique Principes viri summis laudibus extulere, institutamque ab eo Congr. plurimis privilegiis, & emolumentis honestarunt, ac munierunt. In ejus encomium antiquus Poeta carmen elegiacum 34. versuum cecinit, ex quibus Nos pauca hæc, quæ ad rem magis conferre sunt visa, excerpsimus, videlicet.

Secundum Jacobum Græcum, secundū vero Gregoriū de Laude, seu de Lauro ann. 1202. Videas Vitum M. de Amico in Suppl. ad Sic. Sacr. Roc. Pyr. l. 4. part. 3 p. 4. & seq. Apud Jac. Græcum in Chronol. Flor. Cosent. 1612. sect. 32. p. 135.

Hic decus, & virtus Calabrum, quem corde cupita
Extulit ad Dominum maxima religio
Parturiens Orbi mirum Cistercia proles
Ordinis in Fontem protulit alma Virum...
Veridicus Vates prædixit, multa fuerunt
Completa, ut monstrat lumine facta dies
Quæ scripsit Matris unctorum (jure) subegit
Ecclesiæ pedibus Filius ipse piis
Omnia probantur, quæ vero pauca repellit
Dictavit zelans simplicitatis amor
Vitâ, quam tenuit præclarâ luce coruscam
In terris, sedes jubilat empyrea
Plurima dum vixit (dicunt) miracula fecit,
Mortuus, & gratus gentibus, & Domino

8 Porro de Miraculis ab eo patratis illud constat anno 1356. regnante Neapoli Joanna, Monachos omnes Monasterii Florensis, & quosdam Canonicos Geruntinenses, publico instrumento instituisse Petrum Abbatem Florensem, Procuratorem, ut Romam pergens à summo Pontifice impetraret, quatenus per aliquem Episcopum, vel Prælatum Provinciæ Calabriæ de Joachini miraculis Inquisitio fieret. Fuit autem Joachim decentis, & moderatæ staturæ, decora facie, & venerabili aspectu, gravitatem, & devotionem undique spirans, ut ex ejus effigie in Ecclia Florensi adhuc extante perspicue apparet.

9 Ejus Vitam primò scripsit Lucas antea Casæmarii, postea Florensis Monachus; deinde eam exaravit Jacobus cognomento Græcus Calaber Syllanensis Provinciarum Calabriæ, & Lucaniæ Ord. Cistercien. Præsidens, in Libro, cui titulum fecit *Chronologia Joachim Abbatis, & Florensis Ordinis*, Cosentiæ apud Andream Riccium 1622. in 4. ex quo Nos fere omnia, suis tamen locis distributa, & consueto Nobis stylo, ac ordine disposita, desumpsimus. Daniel

niel quoque Papebrochius in Actis Sanctorum Mensis Maii, die 29. ejus Vitam inseruit, notis a se illustratam, in eaque Cap. 50. refert mirabilem sanitatem ab Andrea Mancuso Ord. Prædic. in brachio jamdiu arido obtentam, statim atque parum pulveris ex Joachim Sepulcro acceptum, in aqua bibit. Eandem vitam Gallice scripsit N. Soveges, & Dominicus Marchesius Italicè, qui omnes, sicut etiam Stephanus Salanhac apud eundem Sovegès, Joachimi Sanctitatem, & virtutem extollunt, quod idem faciunt, eumque ut verum Dei Prophetam agnoscunt; ex antiquioribus, præter laudatum *S. Cyrillum Carmelitam*, qui in præcitata Epist. relata etiam à Jacobo de Voragine in Vitis Sanctorum, asserit, *eidem Joachino miram gratiam futura noscendi, veluti secundo Jo: Evangelistæ à Deo collatam*; præter hunc inquam, idem sentiunt *Mattheus Palmerius* in Supplem. Chron. Eusebiani, *Pandulphus Collenuccius* in Hist. Regni Neapol. lib. 5. *Petrus Rodulphus* Tussinianus Episcopus Senogall. lib. 1. Histor. Seraph. Relig. ubi eum vocat Sanctitatis eximiæ, & excellentissimi ingenii, his adductis in comprobationem cujusdam Poetæ de Imagine D. Francisci à Joachino Venetiis præostensa versiculis

Atque prius fuerit, quam Mundo exortus, in æde
Quæ Marci titulo nulli toto Orbe secunda est
Extat apud Venetos longis expressus ab annis

Quod idem narrat in Chron. FF. Prędicatorum de S. Dominico *Robertus de Lycio* Episcopus Aquinas Serm. 45. *de Excellentiis B. Francisci*. Jo: Trithemius *de Vir. Il. Ord. S. Ben.* lib. 2. cap. 117., & de Script. Eccles. Arn. Wion *Lign. Vit.* part. 2. lib. 5. aliique plures.

10 Ex recentioribus autem *Gregorius de Lauro*, sive de Laude Cister. Abbas Sagittarii, quod est Monasterium in Calabria, in lib. impress. Neap. an. 1560., cui titulus *Joannis Joachini Abbatis Apologetica, sive Mirabilium veritas defensa*. N. Manriquez in Annal. Cisterc. tom. 1. & 2. Constantin. Cajetan. celebris Ord. nostri Apologista, qui obiit Romæ an. 1650. adornavit valde prolixum librum Apologeticum *de fidei sinceritate*, ac vitæ innocentia magni servi Dei Joachini Abbatis Ord. S. Bened. Congreg. Florensis in Calabria Institutoris, qui liber extat Romæ MS. in Bibl. Sapientiæ in 3. Tomo Miscellan. Sacr. ejusdem Constant. Cajet. Pag. 520. Ipse autem Joachim præ humilitate [ut supra diximus] spiritum se intelligentiæ, non verò prophetiæ à Deo obtinuisse aliquando dixit, & ita etiam asseruit Gulielmus Parisiensis in lib. de Virtutibus, addens tamen, spiritum intelligentiæ spiritui Prophetiæ propter claritatem, & acumen intellectus, simillimum esse, licet revera idem non sit; nam Intelligentiæ spiritus abditissima, & occultissima penetrat; Prophetia verò remotissima, & futura prædicit.

11 Quamvis autem D. Thomas in 4. Sententiarum distinct. 34. Quæstione prima art. 3. Quæstiuncula 3. non adeò benignè de prædictionibus Abbatis Joachim sentire se profiteatur dicens: *Abbas Joachim non prophetico spiritu, sed conjectura mentis humanæ, quæ aliquando ad verum pervenit, aliquando fallitur, de futuris aliqua vera prædixit, & in aliquibus deceptus fuit*, & multo deterius Cęsar Baronius in Annal. Eccl. ad an. 1190. n. 5. quem [Joachinum] *vanis suis responsis, & inanibus Prophetiis mentitum ait, non Dei Prophetam, sed Pseudoprophetam* vocans, cui consonat Rogerius Hoveden in Annal Anglic. ad eundem an. 1190., & si qui sunt alii, iis tamen, præcipuè Baronio, præter

præter id, quod laudatus Papebrocchius, loco citato, in Joachini defensionem reposuit, falsis scilicet præjudiciis plerosque ejus accusatores niti, responderi etiam potest, aliqua à Joachino prędicta ideo effectu caruisse, quia per conditionem, & comminationem [ut sępissimè in divinis Scripturis consueverunt Prophetæ] prænunciata sunt, nimirum, nisi illi de quibus prædicta sunt ad pęnitentiam, & meliorem Frugem converterentur, ut Nathan de David: *non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum*; & Isajas de Ezechia Rege Juda, *præcipe domui tuæ, morieris enim tu, & non vives*. Denique Jonas de Ninivitis: *adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur*; nam ut egregiè S. Ambrosius ait: *novit Dominus mutare sententiam, si tu noveris mutare delictum*. *Regum* 2.c.12 n. 10. *Regum* 4.c.20. n. 1. *Jonæ* c.3. n.4.

12 Scripsit autem Joachim plura Opera, ac multiplicia, ferè tamen omnia sacra, & divina, quorum hic est Elenchus, qui sane inveniri potuit, ut in Jacobo Græco pag. 91. & seqq. 1 *De concordia* utriusque Testamenti libros quinque, in quibus agit de quinque sigillis, mandante Lucio Papa tertio. 2 *Psalterium decem Chordarum* tribus distinctum voluminibus. 3 *Apocalypsis expositionem*, exhortantibus Clemente, & Urbano Summis Pontificibu libros octo. 4 *In Cyrilli Carmelitæ Revelationem*, eodem requirente. 5 *Super Erythream, & Merlinum* precibus Henrici Sexti Imperatoris. 6 *In Evangelium Johannis*. Super Isajam, Jeremiam, Habacuc, Zacchariam, Nahum, & Malachiam Prophetas. 7 *Librum de Flore*, idest de summis Pontificibus. 8 *Volumen egregium sententiarum*. 9 *Librum de Consolatione*. 10. *Librum Epistolarum ad diversos*. In Bibliotheca Vaticana ad primæ ingressum aulæ VZ. 125. eidem Joachino hęc pariter adscribuntur. 11. Joachin *de vita solitaria*. 12. *De Virtutibus*. 13. *Super Regulam Sancti Benedicti*. 14. *De ultimis tribulationibus*. 15. *De Articulis fidei*. De his libris videndus Sixtus Senensis in Biblioth. Sancta. Scripsit plura alia opera & MSS. quæ refert Carolus de Visch in Bibliotheca Scriptorum Cistercien. Pag. 172. Insuper tractatum 16. *De Veritate seu Essentia Trinitatis* contra Petrum Lombardum, ex cujus doctrina in libris sententiarum inferendum Joachim putabat, a Petro *Quaternitatem* in Divinis Personis admitti, sed in Concilio Generali Lateran. IV. sub Innocentio III. hic Joachini Tractatus damnatus fuit; at reliqua approbata, & commendata.

Neque propterea Joachinus aliqua Heresęos labe inquinatus ullo modo dici potest, ut quidam, vel perversi, vel ignari homines hanc ei notam audent appingere, nam ut virum semper Catholicum, & orthodoxę fidei sectatorem idem Concilium, ac Summi Pontifices, Innocentius III. laudatus, [qui, ut testatur Albericus Monachus Triumfontium in Chronico ad annum 1201. vitam Religiosam Abbatis Joachim, morum institutionem, & eruditionem non improbavit, sed approbavit, commendavitque], & Honorius III. agnoverunt, & declararunt, Episcopis Lucanensi, Cosentino, & Bisinianensi scribentes, ac mandantes, ne vel ipsi Joachino, vel Florensibus Monachis aliquam hereticę pravitatis maculam inurerent, neve ab aliis per totam Calabriam inuri permitterent, quoniam, & ipse Joachim in Epist. propria manu subscrità, data anno Domini 1200. diserte confitetur, se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia Mater, & Magistra omnium Fidelium, paratum semper, quę ipsa statuit, vel statuerit, observare, nul-

Iamque opinionem suam contra ejus defendere sanctam fidem, credendo ad integrum, quod ipsa credit, & tam in moribus, quam in doctrina suscipiendo correctionem, abiiciendo quod ipsa abiicit, recipiendo quod ipsa recipit, credendo firmiter, non posse portas Inferi prevalere adversus eam &c. & quia Regularis observantia, pergit Honorius, quam in Monasterio Florensi instituit, salutaris est, & singularis.

Non tacuerim tamen id, quod laudatus Jacobus Græcus p. 92. & seqq. addit, quosdam scilicet temerarios, & sciolos homines aliqua sua opera curiosa, & malè consarcinata, & haud sanæ doctrinæ falsis, vanisque assertionibus plena, operibus Abbatis Joachim inseruisse, & immiscuisse, & sub ejus nomine evulgasse, quæ ejusdem Joachin famæ, honori, ac virtuti haud parum possent officere, ut etiam habent Manriquus, & Papebrocchius, nisi viri docti, sinceri, ac recti vera à falsis, & suppositítiis secernentes, imposturas detegerent, & veritatem in locum suum vindicarent. Vide Dominic. Bern. in Hist. Hæres. tom. 3. Ven. 1721. apud Balleonium pag. 291., & seqq. & Ignat. Hyac. Amat. de Graveson Hist. Eccl. tom. 4. pagg. 513. 516. 517., & 639., qui pag. 518. narrat ex præcitatis ab ipso Authoribus, quanta veneratione Abbas Joachim post mortẽ cultus fuerit, veluti nempe Sanctus, tum ex lampadibus ad ejus sepulchrum ardentibus, tum ex accessu Florentium Monachorum ad idem sepulchrum, auxilii obtinendi gratia, tum denique ex energumenis, aliisque ægrotis ad ejus tumulum spè sanitatis recuperandæ confluentibus.

Nec revocari potest in dubium Florensem etiam Congregationẽ a Joachino institutam præclarissimam olim, in primisq; ipsum Florense Monasterium plurimis Viris Illustribus tum doctrina, tum dignitate, tum sanctitate resplenduisse, quod satis ostendunt Pontificum, Cesarum, Regumque protectio, gratiæ, & Privilegia illi concessa, quæ utique Regularibus Ordinibus, non nisi Sanctitatis, & doctrinæ merito claris tribui solent. Sanè Apostolica Sedes eandem Congregationem Florensem sibi tantum immediatè subjectam declaravit, immunitates, & exemptiones, sicut aliis conspicuis Ordinibus eidem elargiens; & merito quidem, nam eadem Florensis Congregatio, veluti arbor valde procera, & admodum lata, & frugifera extendit palmites suos per omnes ferè Europæ Regiones, pluribus ubique constructis Monasteriis, quorum pleraque temporum injuriis, & pravorum hominum malitià, & usurpatione deperdita, destructa, & collapsa sunt, una cum Virorum Illust. qui ex eis prodierunt memoriis; quapropter paucissimi tantum ad nostram notitiam pervenerunt, scilicet.

LUCAS supralaudatus, qui prius Monachus fuerat Cistercensis in Cenobio Casæ Marii, quò cum Joachimus studiorum, & scriptionis causa se recepisset, Geradus ejus Cenobii Abbas, intuens ejusdem in scribendo nimium laborem, Lucam eidem adjutorem, & scribam constituit, qui omnium ejus secretorum propterea conscius, virtutem, & sanctimoniam emulatus, unusque spiritus in charitatis vinculo cum eo effectus, illi semper adhæsit, cum eoque in Calabriam reverso pergens, Monasterii Florensis ædificationi, & regulari institutioni insudavit. Joachim autem inspecta Luce probitate, doctrina, ac optimis vitæ exemplis, Abbatem Sambucine, cunctis annuentibus Monachis eum promovendum curavit, demumque idem Lucas Archiepiscopus Cosentinus creatus fuit, tantumque venerationis, & authoritatis obtinuit, ut Cosentinam Ecclesiam à Nicolao Episc. Cardinali Tusculano Inn. Papæ III. ad Fri-

Ibi Petrus Lombardus, & Franciscus Accursius sepulti sunt

Fridericum Imperatorem, & Siciliæ Regem Legato, Monacho pariter Cister., Viro egregio, ac prudenti, & religionis Zelo conspicuo, solemniter consecrari meruerit, magnâ Archiepiscopor. Episcopor., Abbatum, Monachor. ac Populi frequentia. Hic igitur scripsit

1 *Vitam* ipsius Venerabilis Joachim. 2. *De statu Ecclesiæ*. Cosentina autem Metropolis plures habuit deinde Pastores, Florenses, ac Cistercien. Monachos.

MATTHÆUS antea Abbas, creatus fuit Episcopus Geruntinensis an. 1214., seditque usque ad an. 1234. Inter Illustres verò Joachini discipulos hi potissimum nominantur.

BONATIUS, JACOBUS, & PEREGRINUS ejus Germanus Frater, quibus, utpote sibi magis familiaribus, imminentia post Gulielmi Regis mortem bella prædixit.

JOANNES quoque Aquitanus ab Aquæ Augustæ Civitate, Cardinali Bojonæ Patriâ, & consanguinitate conjunctus, qui triginta novem annis ad obitum usque in Florensi Monasterio perseveravit adeo laudabiliter, in S. simplicitate, & discretione ambulans, ut omnibus se imitandum præbuerit, vitamque Deo placitam, pretiosa morte in Dei conspectu, omniumque ædificatione concluserit, à Monachis propterea Florensibus prò Sancto habitus, quia *Devotus venit, purus vixit, fortiter dimicavit, & in sancta pace quievit*. Ita illi apud Jacobum Græcum pag. 114.

RAYNERIUS denique ex Insula Pontiana, Vir in liberalibus scientiis eruditus, & sermone luculentus, qui Joachini sapientia illustratus, ut sole luna, resplenduit. Plures certè alii in quolibet genere Illustres viri ex adeo Sancta Congregatione prodierunt, quorum gesta, & virtutes edax temporum vetustas, & hominum negligentia, & forsitan etiam malitia, nobis invidit; sed parum, aut nihil eorum refert, an ipsorum memoria vigeat in terris, dummodo nomina in æternæ vitæ libro scripta sint in cœlis. Et hæc quidem causa fuit cur in his Appendicibus Florensis Congregationis multo prolixius de Joachino, quam de aliis omnibus cujusque Congregationis Institutoribus, disseruerimus; deficientibus enim filiorum notitiis, æquum visum est, copiosius de Patre loqui. Ceterum ex tot Monasteriis, quibus in Europa Florensis Congregatio coaluit, undecim tantum in quibusdam Italiæ Provinciis, Apulia nimirum, Samnio, Campania, & utraque Calabria modo supersunt, quorum nomina legesis apud laudatum Jacobum Græcum pag. 229., quę tandem reliquo Cisterciensi Ordini, cujus ramus jam erat Florensis Congregatio, an. 1563. conjuncta sunt sub Ludovico della Rosa Abbate Cistercii, cum jam Hieronymus Soucherius Abbas Clarevallensis, & postea S. R. E. Cardinalis à S. Pio V. creatus, Vir egregius, doctiss., & religiosiss. Ordinem Cisterciensem ejusdem Bmi Pontificis authoritate reformandum curasset. Tunc itaque Monasteria Cisterciensia Calabriæ, & Lucaniæ congregata in unum, proprios Priores, Visitatores, Præsidentes, quorum unus fuit idem Jacobus Græcus, & Procuratorem in Romana Curia costituerunt.

Ipsum autem Florense Monasterium jam à tribus ferè sęculis per quosdam perversos homines occupatum, dirutum, ac desolatum, penè in ruinis jacebat, donec an. 1470. in Commendam redactum, insignium, ac nobilium Commendatariorum authoritate, zelo, aç potentiâ utcumque restitutum est; Salvator enim Rota tertius Commendatarius an. 1536., collapsam Ecclesiam repa-

reparavit, sacris Imaginibus, & supellectili ditavit, censum auxit, Pagum, & ditionem addidit, aliaque commoda Cœnobio præstitit. Julius item Antonius Sanctorius Cardinalis, & Archiepisc. S. Severinæ sextus Commendatarius egregiè se gessit, quæ ad divinum cultum, & Monachorum utilitatem pertinent, sedulo subministrans. Alphonsus quoque Pisanus Archiep. & ipse S. Severinæ, successor laudati Julii Antonii Avunculi sui, pietate in egenos admodum conspicuus Florenti Eccl. & Monast. plurimum profuit. Sperandum itaque remanet, universum D. Benedicti Ordinem veluti magnam arborem, sicuti omni sæculo in quibusdam Congregationibus cea ramis ad primævam SSmæ Regulæ observantiam, doctrinamque refloruit, ut paulo ante in Galliis, alibique, & nuperrime in Italia, ita in tota ipsa arbore juxta Divinum Oraculum eidem D. P. Benedicto Angelico ore prolatum, *Ordo tuus usque ad finem Mundi stabit*, &c. felicissimè revicturum. Die 4. Junii 1735.

In Bono solatio.

APPENDIX

Aliquot Scriptorum Congreg. Monachorum S. Mariæ Montis Oliveti à B. Bernardo Ptolomeo institutæ Anno 1319.

ALEXANDER ARCHIROTA Neapolitanus edidit tractatus.
1 *De voto Paupertatis* Florent. 2. *Sermones in Sac. Scripturam*, Sancto Carolo Borromeo dicatos ibidem an. 1586. & alia; Mich. Ang. Belforte in Chronol. Olivet. pag. 167.

ALOYSIUS MANZINI Bononiensis humanioribus litteris excultissimus plura compofuit, inter quæ
1 *Le turbolenze d' Israele* Bon. 1632. 2. *Vita di Tobia*; in Roma 1637. 3. *Aristobolo* Tragedia ibidem 1638. 4. *L' Abbate Claustrale* ibidem 1639. 5. *Il Dragone di Macedonia*. Bonon. 1647. 6. *Vita del Cardinale Albergati*. 7. *La via Lattea*. Bonon. 1645. per Hæredes Dezzæ. 8. *Il Caduceo*. Ibidem apud Ferronium 1695. 9. *Il secolo risorto* Ven. apud Babam 1655. 10. *La Colomba*. Ven. 1653. 11. *Flegra in Betulia*. Bon. apud Dom. Baiberium 1649., & alia. Idem Belfort. pag. 86.

ANDREAS PASSINI Scholasticis scientiis egregiè imbutus edidit.
1 *De Cometis*. Asculi an. 1665. 2. *Naturalium Doctrinam*. Augustæ Windelicorum anno 1675. Obiit an. 1678.

ANGELUS M. COLOMBONI Eugubinus compofuit.
Pratica Gnomonica, per fare gli Orologi da Sole &c. Bononiæ per Hæredes Dominici Barberii an. 1669.

ANGELUS M. LENTI nobilis Asculanus in Piceno, & ibidem Abbas Olivetanus, Vir Sacræ Poesis admodum studiosus, & peritus scripsit

1 *Tea-*

1 *Teatro di Peripezie*: Poema eroico nella travagliosa vita, e lagrimevol morte di *Maria Stuarda* Regina di Francia, e di Scozia, dedicato all' Emo Sig. Cardinale Benedetto Panfilii. In Napoli per Carlo Porsile 1686. 2. *Affetti di Compunzione* in Sagre Poesie divise à Canti in ottava rima, che contengono morali, e sostanziosi Amaestramenti estratti Capo per Capo dal P. Tomaso da Kempis *de Imitatione Christi*. In Fermo per Andrea de Monti 1692. Sed meminisse oportet libri *de Imitatione Christi* genuinum parentem esse Jo: Gersen Abbatem Vercellensem, ut invictè Const. Cajet: & Jo. Mabill. aliique demonstrarunt, & Parisiis sapientiores quique Antiquarii definierunt, ut in nostra Bibliotheca, ubi de eodem Const. Cajet pag. 125. & seq. satis, superque dictum est

ANTONIUS BARGENSIS Etruscus Abbas Olivetanus in Pannonia, vitæ austeritate, ac religione conspicuus, scripsit omnium primus.

1 *De Olivetana Congreg*. an. 1435. 2. *De Prælatorum virtutibus*. 3. *Russiæ Geographiam*. Sanctè obiit an. 1452. Secund. Lancell. Hist. Oliv. l. 1. pag. 42. Petr. Ricord. Hist. Monast. Diæta prima

AUGUSTINUS GHISLERIUS S. Pii V. propinquus, Theologus, & Concionator, eidem Pontifici dicavit librum à se compositum

1 *De Sacramentis*. Scripsit etiam. 2. *De Ecclesiastica Hierarchia* adversus Hæreticos. Partes duas. Obiit anno 1582. Petr. Ricord. Hist. Monast. Diæta 4. pag. 369. Secund. Lancell. Hist. Oliv. l. 2. p. 146. Mich. Ang. Belf. Chron. Oliv. pag. 185.

AUGUSTINUS LANCELLOTTUS Perusinus Frater percelebris Secundi Lancellotti, de quo infra; Abbas, & Visitator, Theologus insignis, & moralibus virtutibus inclytus, edidit Opus magnum inscriptum.

1 *Deus Opifex sex dierum*, in quo Theologicè agitur de materia Creationis Orbis in sex dies disposita. Romæ an. 1639. apud Franciscum Zanettum item. 2. *Constitutiones Congregationis* S. Mariæ Montis Oliveti. Obiit an. 1646. Lud. Jacob. Script. Umbr. pag. 58. Secundus Laucellottus ejus Frater Hist. Oliv. l. 2. pag. 259. Belf. Chron. Oliv. pag. 108. Carolus Cartharius in Syllabo Advoc. Consistor. Cęsar Crispoltus in Peruf. Augus. lib. 4. Augustin. Oldoin: in Athenæo Augusto.

BERNARDUS RICCOBONUS Rhodiginus, Abbas edidit

Liberum arbitrium, sive de libera hominis facultate dilucidatio, ad SS. Papam Paulum V. Pont. Max. an. 1608.

BERNARDUS M. Amico edidit

Vitam S. Franciscæ Romanæ. Venetiis apud Pavinum.

BERNARDUS VERCELLENSIS, de quo infra in Sanctis, composuit.

Variarum precum, & meditationum Codicem dialogisticum, qui in Monasterio Montis Oliveti diù asservatus fuit, teste Secund. Lancell. Hist. Olivet. lib. 1. pag. 4. De eo etiam Pius PP. II. in suis Commentariis.

BONAVENTURA de TUNDIS Eugubinus Sacr. Theologiæ Doctor, Abbas Oliv. plura Opera edidit, inter quæ

1 *Archigymnasium Regium*. Neapoli apud Salv. Castaldum 1680. Latinè 2. *La virtù vilipesa*. Ibidem per Ludovicum Cavallum 1681. 3. *Encomium* Venn. Dei Famularum Monialium ex Congreg. Oliv. Annæ Minervæ Carraræ Barensis, & Juliæ M. Beregassi Januen: Ibidem apud Carolum Porsile 1690. Italicè. 4. *I Fasti Olivetani*. Venetiis apud Brigoncios 1664. 5. *L'Oliveto illu-*

Illustrato, ibidem apud eosdem 1664. 6. *Vita di S. Antonio da Padova*: Tarvisii apud Righettinum 1691. 7. *Le Glorie Anicie*. Venetiis apud Hæredes Brigoncii. 8. *I Fasti della Città di Gubbio*; ibidem apud eosdem 1684. 9. *Il Monachismo Illustrato*; ibidem apud eosdem, eodem anno 10. *La Cronica Olivetana*, ibidem apud eosdem 1686. 11. *Vita di S. Ubaldo Vescovo di Gubbio*, ibidem apud eosdem 1685. 12. *Vita di S. Francesca Romana*. In Napoli per Carlo Porfile 1662.

CAROLUS ANTONIUS OLIVA Brixiensis edidit

Vitam B. Bernardi Ptolomæi Horatianis, & Boetianis metris descriptam. Veronæ typis Fratrum de Merulis an. 1699.

CAROLUS FRANCISCUS MANGONI Mediolanensis Abbas, & Visitator Generalis, Vir in Philosophicis, ac Theologicis disciplinis eruditissimus, Linguarum Latinæ, Græcæ, atque Hæbraicę, nec non & Gallicæ peritissimus, edidit libellum, cui titulus

Motiva 50. ad præferendam, & præeligendam, ex omnibus inter Christianos, Religionem Catholico-Romanam, Hæreticis, ut convertantur, Catholicis, ut confirmentur; Papiæ an. 1713. per Jacobum Andream Ghidinum. Opusculum verè aureum, eâ sermonis puritate, & elegantiâ, eâ doctrinæ soliditate, ac rationum robore, eâ denique evidentiâ digestum, ut Angli Hæretici tanquam errorum suorum debellatorem acerrimum, obdurati nihilominus, ac pervicaces, Londini flammis eum devoverint, illum immortali luce dignissimum vel inviti confitentes. Obiit Carolus Franciscus in Cęnobio Montis Oliveti an. 1714.

CHERUBINUS ROMANI, Patria Neapolitanus in Regia Facultate Neapolis Sacrę Historiæ emeritus, & in Regia Taurinensi Sacrorum Canonum primarius Professor edidit

Propositionum Cattonicarum volumen primum, in quo enodantur graviores Controversiæ, asperioresque, Legales, Biblicę, Dogmaticę, Ethicę, Criticę, Historicę. Taurini 1726. apud Jo: Franciscum Mairesse. Laborat nunc in absolvendo altero volumine typis pariter dando pro totius Operis complemento.

CONSTANTIUS AMALPHITANUS vir sapientissimus, summusque Theologus. Floruit an. 1550. Ex Græco in Latinum transtulit

Multa Opera S. Gregorii Nazianzeni, & S. Jo: Chrysostomi. Lancell. Hist. Olivi. l. 1. pag. 98.

CYPRIANUS PINTI Neapolit. Concionator non vulgaris emisit in lucem

1 *Riflessi* sopra l' Istoria Sacra di Tobia tom. 2. Neapoli 1705. in 16. 2. *La Vita di S. Benedetto* cum Figuris pulcherrimis, formis æreis expressis. Neapoli per Lucam Valerium in 4. an. 1723. 3. *Il Prelato Ecclesiastico*. ibidem in 4. 1731. 4. *De laudibus* S. Reparatę Virginis, & M. Neapoli 1711. per Novellum de Bonis. Vivit hactenus 1735.

DOMINICUS BECCOLI Eugubinus Lector Theologus scripsit Italicè

Vitam B. Bernardi Ptolomei sub hoc titulo: *Il Deserto trionfante*. Venetiis apud Franciscum Valvasensem an. 1645.

DOMINICUS MINUTOLI Abbas Olivet. composuit

Affetti di Preparazione, *e di ringraziamento* per i Sacerdoti, distribuiti per tutti i giorni della settimana Part. 1. In Venezia presso Giacomo Lattoni an. 1666.

DOMINICUS PUERONUS Cremonensis Abbas Generalis an. 1627. vir admodum doctus scripsit

Ari-

Aristocratiam Regularium tom. 3. Senis an. *1632.*, & *1633.*, & Aretii *1632.*, & Florentiæ *1633.* 2 *Commentaria in Bullam Cœnæ 1665.* 3 *Iter Cæli* Romæ *1666.* Obiit Cremonæ an. *1667.* Belf. pag. 152.

EVANGELISTA TERRESENGHI Cremonensis transtulit ex lingua Sancta *Canticum Canticorum*

FRANCISCUS A TREBIA in Umbria Abbas Monasterii S. Petri de Bovaria extra eandem Trebiam fuit celebris Juris Consultus, & edidit *Trevi.*

Eruditam compositionem in lege Civili teste Sec. Lancell. Hist. Oliv. l. 1. pag. 39. Lud. Jacob. Bibl. Umb. pag. 88.

GASPAR FRATTASIUS Neapolitanus Abbas scripsit

Librum Apologeticum de dignitate, ac potestate Abbatis Regularis circa insignia, functionesque Pontificales

GREGORIUS RAMPISCUS Fulginas, Abbas Monasterii S. Mariæ in Campis prope Fulgineum Congreg. SSmi Corporis Christi, quæ Olivetanæ unita fuit, edidit

Multa Carmina utraque lingua Latina scilicet, & Etrusca. Obiit an. 1555. Vid. Jacob. ibid. pag. 124.

HERCULES CORAZZA. Patria Bononien. Abbas Olivetanus publicus primùm in Gymnasio Bononien: Matheseos, & humaniorum Litterarum Professor, ac deinde in Athenæo Taurinensi à Sabaudiæ Duce, ac Sardiniæ Rege Victorio Amadeo nobiliter instaurato, Metheseos item Prælector, ubi etiam eo in munere ad plures transiit anno *1726.* composuit plurimas Orationes Latina lingua variis de rebus, ab eruditis admodum probatas, inter quas.

1 *Ad novum scientiarum, & artium* institutum inaugurandum tertio Idus Martias an. 1714. Bononiæ ex Typographia Constantini Pisarri in 4. 2 *Prælectio in Bononien. Archigymnasio* cum an. 2. Analysim publicè doceret. Bonon. *1716.*, ex Typographia Julii Rossi, & Soc. in 4. 3 *Dissertationes tres:* Prima de Phisiologicis animadversionibus amplis: Pręsulis Jo: M. Lancisii Clem. XI. Pont. Max. Archiatri, in Plinianam Villam in Laurentino detectam. Secunda *De Ignibus Etruscis* ad Naturæ leges expensis. Tertia de *Pestis Bovillæ Historia* à laudato Pręsule edita. Bononię apud eosdem *1716.* in 4. 4 *De Rheni inundationibus*, earumquè incommodis, Ecloga Bonon. apud eosdem 1718. in 4. 5 *Oratio habita in funere* Equitis Caroli Cignani Academiæ Pictorum Præsidis IV. Idus Junii 1720. ibidem in 4. Plures aliæ ejus Orationes impressæ sunt Bononiæ, & Taurini, quas omnes plurimum commendant Ephemerides Litteratorum Italię impress. Venet. tom. 31. pag. 381., & etiam Acta Eruditorum Lipsiæ.

HIERONYMUS A MANTUA Gradariæ Prior eximia floruit Sanctitate, quam ex sancta cum B. Osanna Andreatia familiaritate contraxerat; ad Cęlum migravit an. 1515., ejusque corpus majorum nostrorum ætate inventum est incorruptum. scripsit

Vitam ejusdem B. Osannæ Andreatiæ impress. Bonon. an. 1524. Gabr. Bucell. in Bened. Redjv. Michael Angel. Belfort. Chron. Olivet. p. 102.

HIERONYMUS MIRABALLUS Neapolitanus Vir Sanctimonia vitæ, & doctrinæ excellentia spectabilis, bis Abbas Generalis, prima vice an. 1417. cum ipse esset annorum ætatis suæ 29., secunda autem vice 1431. ætatis suę 44. scripsit

De Spirituali Monachorum, & Religiosorum conversatione: incipit: *Apostolica Tuba* &c. Erat MS. apud Secundum Lancellotum, ipsomet teste in Hist. Olivet. l. 1. pag. 37. Obiit SSmè in Cęnobio Montis Oliveti Majoris an. 1437. ætat. 50. Petrus Ricord. in Hist. Monast. & Michael Ang. Belfort. pag. 157.

HONORATUS BRUGNONUS Abbas, Poeta insignis, scripsit Italicè.

1 *Poema de S. Francisca Romana* impressum an. 1514. 2 *Poemma de S. Benedicto* ineditum ob ejus immaturam mortem an. 1517. Lancell. Hist. Oliv. l. 2. pag. 216.

HORATIUS PANDULPHINUS à Castilione Aretino, Concionator egregius, scripsit libros, quibus titulum dedit.

1 *Imago Naturæ* Patavii 1593. 2 *Conceptus Davidiei figurati*.

JACOBUS De TRAJECTO in Regno Neapolitano in Provincia Terræ Laboris, seu Campaniæ Felicis ex Juris peritissimo humilis Monachus. Floruit an. 1500. scripsit.

1 *De modo visitandi, & corrigendi subditos* impress. Brixiæ an. 1500. 2 *Commentarium super Regulam S. Benedicti*; Pluraque alia reliquit tum ingenii, tum pietatis monumenta. Gabr. Bucel. in Bened. Rediv. Lancell. Hist. Oliv. lib. 1. pag. 59. Belf. Chronol. Oliv. pag. 166.

IGNATIUS LANDRIANI Mediolanen. Abbas S. Victoris, Vir doctissimus, & Hebraici Idiomatis peritissimus, Judęorum plures ad Christi fidem convertit; edidit.

1 *De Partu Virginis* Mediolani 1639. & 1641. 2 *De Tri itate* prælo paratum opus, sed ineditum ob præproperum ejus obitum an. 1642.

JO: FRANCISCUS FOSSATI, de quo infra in Appendice Episcop. edidit.

1 *Le otto corone di S. Maria Maddalena*, Mediolani 1622. 2 *Le memorie Istoriche*, ibidem an. 1640. Lancell. l. 2. pag. 322. Belf. pag. 129.

JULIUS CÆSAR ALBICANTIUS à Mediolano Abbas ipse quoque S. Victoris in eadem Urbe, Poeta non infimus edidit anno 1580.

1 *Esercizii Spirituali* per i Novizi. Romę anno 1580. 2 *Della Mansuetudine di Cristo*. Mediolani an. 1589. 3 *Poema de Coronazione* Caroli V. Imperatoris impress. Secund. Lancell. Hist. Oliv. l. 2. pag. 321. Belfort: Chronol. Oliv. pag. 125.

LAURENTIUS SALVI Perusinus, Abbas, descripsit.

Originem Congregationis Montis Oliveti usque ad an. 1611.

LEONARDUS ZANNETTI sacra eruditione præstans, & Sanctitatis opinione celebris, qui sanctè obiit an. 1640. scripsit.

1 *Plures Sermones in Evangelia Dominicarum*. 2 *Solemnitates Xpi, Deiparæ, & Sanctorum*. 3 *De quatuor novissimis*. 4 *De Purgatorio*. 5 *De Cęlesti gratia*. 6 *De Passione Christi*: 7 *De Cruce*. 8 *De Pœnitentia* 9 *De Sacra Eucharistia*. 10 *De Deipara*. 11 *Hortus Patientiæ*. 12 *Confessio fidei*. 13 *Praxis eiiciendi Dęmones*.

MARCELLINUS ORAFFI Concionator, & Abbas Oliv. edidit Venetiis apud Juntas, & Baba an. 1650.

Vitam B. Bernardi Ptolomæi.

MARCELLUS FERDINANDI à Bario Abbas, Concionator egregius Typis commisit

Quadragesimalium Concionum duplicem Cursum Ven. apud Sarsinam an. 1625. ad Urbanum VIII. MA-

MARIUS MATESILANUS, natione Bononiensis J. V. peritia insignis, scripsit.
1 *Delle contentezze humane* impress. an. 1596. 2 *Sermonem* super orationes D. Bernardi *de Mundi contemptu*. Leander Albert. Lancell. l. 2. pag. 145., & seq.

MATTHÆUS ALBERTUS Florentinus, Juris Pontificii interpres, & Theologus peritissimus, Abbas S. Miniati Florentiæ, quod Cœnobium Monachis Olivetanis aliquandiù concessum fuit à Gregorio XI. an. 1375. scripsit Italicè.
1 *Instituzione Canonica*, che contiene le leggi di S. Chiesa fondate nei detti Evangelici, e sentenze degli antichi Teologi, Bolle Pontificie, Decreti de Sac. Concilii &c. Venetiis anno 1569. apud Bologninum Zalterium in 4. 2 *Commentaria* in Aristotelem, & alia Philosophica, Secundus Lancell. l. 2. pag. 128. Ricord. Hist. Monast. Dięta prima. Belfort. pag. 26. Obiit Matthæus an. 1575.

MATTHÆUS RONTA Venetus Oblatus Oliv. Poeta promptissimus
1 *Dantis Poema* in Latinum convertit carmine heroico; scripsit etiam. 2 *Brevem Historiam* eorum, quæ sua memoria contigerunt. Lancell. l. 1. pag. 49. & l. 2. p. 197. Pius II. Comm. lib. 10. Belf.

MAURUS BARONI Bononiensis, Abbas, & Visitator, Concionator celeberrimus edidit.
1 *De Laudibus* S. Sigismundi Regis Burgundiæ. Italicè. Imolæ 1656. apud Massam. 2 *Concionum volumina duo*, impressum unum Bononiæ 1675. alterum Venetiis 1678. excessit è vivis an. 1682. Belfort. pag. 87.

MAURUS PUCCIOLI Perusinus, de quo infra in Appendice Virorum Sanctitate illustrium, ut erat non minus pietate, quam doctrina conspicuus, plura spiritualia Opuscula, valde utilia composuit, nempe.
1 *Esercizii Sacerdotali* per destare, e aumentare la divozione, e raccogliere la mente nel celebrare il Sacrificio della S. Messa, alli RR. Sacerdoti, & alcuni ancora per occuparsi nel Sig. fruttuosamente doppo averla detta. 2 *Esercizii Regolari* applicati à diverse materie, secondo l' occasioni delli Capitoli, e ordinazioni contenute in tutta la Regola di S. Benedetto. 3 *Esercizii di Salute*, per ciascuno, che in quelli si vorrà esercitare, specialmente Religiosi. 4 *Divozioni alla Vergine Madre* di Giesù Cristo Regina del Cielo, Avvocata, e Signora nostra, per potersi ciascuno esercitare nella riverenza, & amor suo. 5 *Memorie brevi per la Passione di Giesù Cristo*. 6 *Esercizii pii*, per ajuto de Tribolati. 7 *Carità* per l' Anime del Purgatorio. Quæ omnia extant MSS. in Bibliotheca Cœnobii Montis Morcini prope, & extra Perusiam.

MICHAEL ANGELUS BELFORTI Perusinus, Abbas Olivetanus scripsit
1 *Brevem Chronologiam* Cœnobiorum, Virorumque Illustrium Congr. Montis Oliveti &c. ab anno 1319. usque ad an. 1720. impressam Mediolani eodem anno 1720. apud Josephum Agnellum Sculptorem, & Impressorem in 4. p. 184. Hunc ergo post Lancellottum adeat quisquis ex Olivetana Familia, doctrina, dignitate, & sanctimonia ad hæc usque tempora florentes viros cupit agnoscere, item. 2 *Panegyricarum Orationum* Italica lingua variis in locis habitarum volumen primum impress. Mediolani in 16. apud Josephum Agnellum an. 1719. 3 *Meditationum de Sanctis* Ord. Divi Benedicti, quorum divina Officia à Monachis ejusdem Ordinis celebrantur, liber est impressus Neapoli apud Felicem Mosca in 16. an. 1726. 4 *Lyceum Augustum*,

seu

seu Litteratorum Perusinorum Memoriale, in quo Viri Litteris Illustres Urbis Perusinæ, aliique describuntur, impress. Neapoli apud eundem Felicem Mosca an. 1731. scripsit etiam. 5 *Vita del Ven. Servo di Dio* D. Mauro Puccioli Abbate Olivetano. In Milano an. 1716. appresso Francesco Vigone, e Fratelli in 12. Vivit adhuc 1735. Perusiæ in Cœnobio S. Antonii provecta satis ætate, aliaque duo Panegyricarum Orationum volumina jam absoluta, prelo tradere parat.

De quo infra in Appen. SS. & etiam paulo Sup. in App. Scriptorum.

MICHAEL ANGELUS PAGNINI nobilis Lucen. Abbas, & Concionator Oliv. Juris Canonici admodum peritus, composuit librum per quam utilem ad tecta sarta servanda Jura Ecclesiarum, præfixo titulo.

Praxis rerum Emphiteuticarum, &c. summariè congesta, & in Quæstiones distributa cum resolutionibus necessariis. Fulginei per Pompeum Campanam an. 1723. in 4. Obiit Fabriani, Abbas ejus Monasterii eodem anno 1723.

MICHAEL MARIA CAPOANI Neapolitanus, Abbas Generalis Oliv. & Concionator, publici juris fecit librum.

1 *Quadragesimalium Concionum* Neapoli gratè, & cum plausu exceptum. Typis iterum subiectum Senis an. 1717. per Franciscum Quinzam; item. 2 *Panegyricarum Orationum* tom. 2. in 16. Neapoli apud Jacobum Bailardum an. 1708. De eo cum laude Ephem. Litterator Italiæ tom. 31. pag. 457.

MINIATUS PITTUS nobilis Florentinus, Abbas S. Miniati Florentiæ (ibi enim aliquandiù, ut paulò ante dixi, Monachi Olivetani inhabitarunt, ubi nunc PP. Soc. Jesu Spiritualia exercitia piis hominibus tradunt peragenda) Mathematicus præstantissimus, plura opera Mathematica posteris reliquit, inter quæ.

De Nominibus antiquis, & recentioribus omnium Civitatum, & Regnorum totius Orbis. Floruit. an. 1550. obiit. an. 1567. De eo Paganus Paganicius in brevi opusculo poetico: Sec: Lancell. l. 2. pag. 128. Belfortius p. 25.

OCTAVIUS CATANEUS nobilis Fulginas, primum Assecla Soc: Jesu, deinde Monachus Olivet. Abbas Saxivivi, scholasticis, & humanioribus litteris satis celebris, edidit libellum in 4. cui titulus.

1 *La Pompa Trionfale* rappresentata in Foligno li 11. Giugno 1673. in honore di S. Feliciano V., e M., e Protettore di detta Città ad Christinam Alexandram Sveciæ Reginam. Tuderti apud Galassum 1673. item. 2 *Aula XII. Cæsarum* Leopoldo I. Augusto. Ibidem apud Jo: Dominicum Faustini 1684. 4. 3 *De Virtutibus* Latino Carmine, impress. sed ubi, nescio, descripsit etiam Latino item Carmine decantatum 4 *Antrum Elisceorum* prope Fulgineum, & alia Saxivivi asservata. Obiit an. 1705.

OLYMPIUS A JULIANA in Sicilia, Abbas, & multoties Visitator scripsit.

Chronicon Monasterii sui S. Mariæ de Bosco aliàs de Nemore Calata Mauri in eadem Sicilia Vallis Mazzariensis. Secun. Lancell. ibidem; Michael de Judice in Auctario ad introductionem Inveges; Antoniuus Mongitore in Bibliot. Sicula. Vitus M. de Amico in Supl. Sic. Sac. Rocchi Pyrrhi lib. 4. part. 3. pag. 85.

PAULUS CARPENTERIUS Neapolitanus Philosophus, & Theologus egregius, scripsit Opusculum sic prænotatum.

1 *Spectaculum Animæ Peccatricis* lib. 3. impress. Perusii an. 1625., ex Typographia Maccarinia, Opus valde utile, & efficax ad Peccatorum conversionem, item.

Vi-

1 *Vitam B. Bernardi Ptolomici* impress. an. 1642. Neapoli apud Camillum Cavallum, ubi & decessit eodem an. Lacell. l. 1. p. 119. Belf. pag. 169.

PETRUS PAULUS BATAZZUS Eugubinus, Abbas, & Visitator Vir doctrina sacra eximius, scripsit

Nonnulla super Sac. Scripturam, sed adhuc inedita an. 1658., ut asserit Lud. Jacob. de Scriptor. Umb. p. 220.

PETRUS MARCELLINUS ORAFFI Venetus, Vir eruditus, & Concionator celebris, edidit

1 *Vitam Bertuccii Valerii* Ducis Venetiarum, impressam Venetiis anno 1659., & plures Panegyricas Orationes, videlicet. 2. *Capitolium Maris*, Venetiis 1651. 3. *Templum Gloriæ*, ibidem 1655. 4. *Saeculum redivivum*, ibidem 1655. 5. *Salomonem regnantem*, ibidem 1654. Belfor. pag. 64.

PLACIDUS DE TITIS Perusinus Astrologus, & Mathematicus celeberrimus Ser. Leopoldi Gulielmi Archiducis Austriæ, in Ticinensi Atheneo publicus Matheseos Professor, edidit

1 *Physiomathematicam*, sive celestem Philosophiam, Opus a naturalibus huc usque desideratum, sed tantum principiis ostensum. Mediolani per Jo. Baptistam Malatestam an. 1650. in 4. 2. *Nuncium Astronomicum*. Ibidem an. 1654. 3. *Tabulas primi mobilis*. Patavii 1657. 4. *De diebus decretoriis*. Ticini 1660. 5. *Ephemerides Celestium motuum*, ibidem 1661. 6. *In Ptolomeum Commentaria*. Patavii 1658. apud Frambottum. 7. *De Elementis, & Mixtis tom. 1.* 8. *Tocco di Paragone*, idest de veritate, nobilitate, ac utilitate Astrologicę Scientiæ in iis, quæ ab Ecclesia Catholica permittuntur. Ticini Regii apud Andream Magri.

SECUNDUS LANCELLOTTUS Perusinus Abbas Olivetanus, Vir sublimis, ac feracis. ingenii, & tenacis memoriæ, in omni disciplinarum genere diligentissimè versatus, & instructus, edidit

1 *Il vestir di bianco di diverse Religioni*. Perusiæ 1618. apud Bartholum in 4. item Latinè. 2. *Historiam Olivetanam*, sive S. Mariæ Montis Oliveti. Venetiis an. 1623. in 4. apud Guerilium, & iterum apud eundem an. 1637. quę fuit quarta editio. 3. *Il Battimeo Cieco di Gerico*, Perusię per Angelum Bartholum an. 1626. in 4. 4. *L'Oggidi*, ò vero gl' Ingegni moderni non inferiori à passati. Viterbii, an. 1630. 5. *Oggidi secondi*, e sfogo di mente, ibidem an. 1632., & 1636. per il Guerilio. 6. *Carmen Elegiacum* in obitu Georgii Boreæ nobilis Lugensis. Perusiæ an. 1633. 7. *Farfalloni* dell' antiche Istorie. Venetiis an. 1636. apud Jac. Sarsinam. 8. *Farfalloni* secondi, ibidem an. 1638. 9. *Chi l'indovina, e savio*, ò vero la Prudenza Umana fallacissima, Venetiis an. 1640. apud Guerilios. 10. *Il Mercurio Olivetano*, ò vero Guida per le strade d' Italia &c. Perusiæ apud Angelum Bartholum 1628. Reliquit insuper in Biblioth. Cenobii Montis Morcini prope Perusiam plurima alia Opera M. SS. varia eruditione undique referta, nempe

1 *I Sfoghi di mente*. 2. *Prospettiva de' Religiosi*. 3. *Della Ragione di Stato*, ò Politica de' Religiosi. 4. *La Milanteria degli Istorici*. 5. *L' Asilo de Predicatori*. 6. *Un volume di Prediche diverse*. 7. *Volumi otto di Selve di concetti Predicabili*. 8. *Del Grifone* Arma di Perugia. 9. *Che Trajano Imperatore* tolse da Todi. 10. *La Fortuna*. 11. *La Crudeltà*. 12. *Pianto sopra i suoi* Olivetani. 13. *Le Pittime de Tribolati*. 14. *Pittime diverse*. 15. *Un volume di diversi discorsi volgari*. 16. *Le nove Istoriali*

sopra

sopra la maggior parte della Scrittura Sacra. 16. *Alphabetum* cum decies mille dictionibus ultimæ litteræ. 17. *Indicem Authorum* ab ipso Lancellotto relatorum in ejus *Acu Nautica* super omnia verba, & nomina Civitatum, Oppidorum, & Ditionum. XXII. magnis voluminibus comprehensa, & in laudato Monasterio Montis Morcini asservata, MSS. quidem sed prò impressione rite disposita. Obiit Secundus Parisiis; quò studiorum, & præli gratia se contulerat an. 1643., ætatis suæ 64. à Cl. Gabriele Naudæo Epigrammate decoratus. De eo etiam Lud. Jacob. de Scriptor. Umbr. pag. 146., & seq. Cesar Alexius in Elog. Carolus Cartharius in Syllabò Advocat; Consistorial. ad Scipionem Lancellottum. Cesar Crispoltus in Perusia Augusta. Phil. Lab. Bibliot. Bibliothecar. Michael Angelus Belfor. pag. 109. & seq. Augustin. Oldoinus in Athenæo Augusto, ubi eum vocat virum eloquentissimum, sublimis Ingenii, & tenacis memoriæ, & in omni fere disciplinarum genere versatum.

VENTURA DE VENTURIS Senensis, Abbas, Concionator, Theologus, & Poeta egregius scripsit.

1 *Carminum volumen* à Senensi Academia evulgatum. 2. *De Majestate Pontificia*. Typis editum volum. 3. *De Divini Verbi Incarnatione*, metricè Senis impressum an. 1618. 4. *Theologiæ exotericæ* librum contra recentes Novatores, ineditum. Transiit ad plures an. 1627. Lancell. l. 2. pag. 116. Belfor. p. 20.

VINCENTIUS ZUCCARO Neapolitanus scripsit.

1 *Opusculum de Dolore B. Mariæ Virginis* juxta Crucem Filii sui, Emo., ac Rmo D. Cardinali Carafæ dicatum. 2. *Expositionem* in illud Evangelistæ Joannis: *Stabat juxta Crucem Jesu Mater ejus &c.*

APPENDIX

Aliquot Episcoporum, & Cardinalium Olivet.

AMBROSIUS PICCOLOMINEUS de Aragonia Neapolitanus Abbas, à Clem. IX. Episcopus Triventinus in Samnio creatus an. 1669. deinde post septem annos ad Archiepiscopatum Hydruntinum translatus, excessit è vivis an. 1681.

ARDICINUS DE PORTA Novariensis Cardinalis sapientiss., & prudentiss. Purpura deposita Monachus Olivetanus fieri voluit an. 1493. Sed ab Innocentio VIII. Romam revocatus, iterum Purpura induitur. Lancell. Histor. Olivet. lib. 1. pag. 57. Alph. Ciacc. lib. 2. pag. 998. Lazarus Augustinus Cotta de Amæno in Musæo Novarien. pag. 73., & 218. Belf. pag. 126. aliique.

CAJETANUS M. BARGAGLI nobilis Senen. à Clem. XI. Episc. Clusinus in

in Etruria fuit renunciatus an. 1706. obiit an. circiter 1730. Ughell. 2. edit. Ven: tom. 3. p. 654. Belf. pag. 17.

CLAUDIUS MARESCOTTUS Bonon. creatus à Sixto V. Episc. Strongolensis in Calabria, olim Macalla, vel Macella, & Strongyle. Obiit Romæ an. 1590., æt. 68.

CONSTANTIUS ZANI nobilis Bononien. à Clem. X. Episc. Imolensis in Æmilia renunciatus an. 1672. excessit an. 1694. Belfor. p. 72. Ant. M. Manzonius Hist. Episcopor. Imolen.

DOMINICUS NERLI BALLATI Nobilis Senen. Abbas S. Geminiani, Episc. Collensis in Etruria creatus à Clemen. XI. an. 1704. Vivit adhuc an. 1735. Ughell. 2. edit. Ven. tom. 3. pag. 810.

EVANGELISTA TORNIOLUS, Vir præstantiss. creatus fuit à Paulo V. Episcopus Typhernas an. 1616., & sequenti anno Commendator, (ut vocant) S. Spiritus in Saxia Romæ; idem ibidem *Città di Castello in Umbria.*

FRANCISCUS PERTUSATI nobilis Med. Sac. Theol. in Tycin. Lyceo publicus Professor; Abbas, & Procurator Generalis Olivet. à Ben. XIII. dum Romæ Abbas esset, creatus fuit Episc. Ticinensis, adhuc vivit 1735.

GASPAR MEZZO Neapolit. Abbas, zelo, & sapientia conspicuus ab Innoc. XI. ad Episcopatum Tricarici in Lucania, nunc Basilicata, evectus est an. 1682. Obiit anno sequenti, 1683. Virginum, ac Pupillorum Tutor, ac Pater.

GEORGIUS MARTINUSIUS Illyricus Monachus Olivetanus in Monasterio S. Pauli primi Eremitæ prope Budam in Hungaria [quod Sigismundus Imperator Olivetanis Monachis olim donaverat an. scilicet 1436.] juxtà plures Authores, licet plures alii idipsum negent; à Julio III. Pont. Max. creatus fuit Cardinalis, obtinuitque Episcopatum Varadinensem, ac deinde Archiepiscopatum Strigonien. De ejus funesta morte omnia cunctis notissima. Lancell. l. 1. p. 99. & seq.

HIPPOLYTUS BURGHESIUS Abbas, & Præses Generalis an. 1617. à Paulo V. P. Max. ejus consanguineo Episc. Ilcinensis in ditione Senensi creatus fuit. Obiit Senis an. 1637. Idem l. 2. pag. 117. Belfor. p. 15. *Mont'Alcino.*

HIPPOLYTUS CAMPIONI Senensis Abbas Gener. ab Urbano VIII. P. M. Episc. Clusinus in eadem ditione Senensi institutus, hanc vitam reliquit an. 1646. Belfor. p. 15.

ILDEPHONSUS DEL TUFO Neapolit. Theologus insignis à Bened. XIII. renunciatus fuit Episcopus Hieracensis in Calabria ulteriori an. 1729. hactenus vivit 1735. *Olim Locri.*

INNICUS DAVALUS à Paulo III. P. Max. constitutus fuit an. 1536. Episc. Aquinensis in Campania felici (olim in Latio) & 1538. mortem oppetiit. Lancel. lib. 1. p. 83. & lib. 2. p. 195. Belfor. pag. 160.

JOANNES FRANCISCUS FOSSATI Mediolanen. Abbas, & Concionator, de quò sup. in App. Script. ab Urbano VIII. creatus Episc. Derthonensis in Insubria an. 1644. Obiit anno 1652. ætatis suæ 55. Ughell. Ital. Sac. secundæ edit. Venet.

JOANNES FRANCISCUS RIGAMONTIUS Romanus à Clem. IX. dictus fuit Episcopus Cerviensis in Æmilia, decessit an. 1706. Ughell. tom. 2. pag. 482. edit. Ven. Belf. p. 87.

JOANNES MATTHÆUS CASTALDUS nobilis Neapolit. electus fuit Episc.

Putelanus in Campania felici à Paulo III. Pont. Max. an. 1540. Obiit anno 1585. Lancell. l.1. p.83. & l.2. p.195.

MARCUS COPPOLA Neapolit. à Leone X. Pont. Max: dictus fuit Episc. Montis Pelusii in Apulia an. 1518. desiit esse inter vivos an. 1527. æt. 50. Lancel. l.2. p. 195. Belf. p.160.

MATTHÆUS HODIERNA pariter Neapolit. à Bened. XIII. Ecclesiæ Sulmonensi in Pelignis, nunc in Aprutio Citeriori, Præpositus fuit anno 1727. die 14. Maii. Vir pietate, ac justitiæ zelo commendandus. In vivis agit an. 1735.

NICOLAUS ANTONIUS CARAFA item Neapolit. Concionator conspicuus Episcopali Cathedræ Tricarici in Lucania, nunc Basilicata, à Clem. XI. impositus fuit, vitam hanc adhuc protrahit 1735.

PAULUS THOMAS MARANA Genuensis Theologus eximius à laudato Benedicto XIII. in throno Asculanæ Ecclesiæ sedere jussus, inter mortales adhuc versatur an. 1735.

PETRUS MARIA BICHI nobilis Sen. Alex. VII. Sororis filius ab eodem Summo Pont. Episcopus Tudertinus in Umbria creatus fuit an. 1658., & postea ad Soanen. in Etruria Ecclesiam translatus an. 1673. obiit an. 1684. Ughell. Ven. p. 1357. Belf. p.15.

PETRUS TARTARUS ROMANUS, Monachus primùm Olivetanus, & Abbas S. Laurentii extra Muros Urbis, à Gregorio XI. constitutus fuit Abbas Monasterii Casinen., & Cardinalis creatus, obiit Casini anno 1395. Arnol. Wion. Lign. Vit. Lancell. lib.1. p.26.

PHILIPPUS SERRALIUS Florent. Abbas, fuit Episc. Madrusien. circa an. 1546. Lancell. l.1. p.79., & lib.2. pag.128., qui tamen ubi nam Gentium Madrusium reperiatur, minimè docet, nec ego in Lexicis Geographicis Ferrarii, Boudrantii, & Stephani reperire potui. Belfor. pag.24. habet *Mandrusinus*, forte legi debet *Mandurinus*, nam *Mandurium*, Urbs est Apuliæ unde Mandurinus.

PLACIDUS FABIUS Abbas Generalis à Clem. VIII. Pont. Max. creatus fuit Episcopus Castri an. 1599., deinde Telesiæ in Samnio, extinctus est Neapoli an. 1605. ætatis 64. Ceterum Castrum duplex Civitas erat, una in Etruria Pontificia, sive in Provincia Patrimonii ab Innoc. X. Pont. Max. jure, & meritò eversa, alia in Calabria, sive in Principatu Citeriori sub Archiepiscopo Amalphitano. Utrius Fabius Episcopus fuerit, Lancellottus non distinguit, qui de eo lib. 2. p.145. & Belfor. p.72.

ROMUALDUS TANCREDI nobilis Senen. ab Innoc. XI. Pont. M. Ilcinensi Ecclesiæ in ditione Senensi præpositus an. 1688. eam post sex annos, ex hac vita commigrans, dimisit an. 1694. Ughel. Ven. tom.3. Belf. p.120.

Olim Calenum. THADDÆUS PEPULUS Bonon. Abbas, Visitator, & Vicarius Generalis an. 1532. creatus fuit Episc. Carinulæ in Campania felici, diem extremum clausit Romæ an. 1540. idem Lanc. l.2. p.145. Belf. p.72.

VINCENTIUS BUCCAFERRUS Pauli III. P. Max. olim Æconomus, ab eodem Pont. creatus fuit Episc. Marsici novi in Samnio. Vir valde egregius, ac prudentia, & industria clarus, vitam hanc deseruit anno 1539. ætatis 47. Gabr. Bucell. in Ben. Rediv. ad hunc annum, Lancell. l. 2. pag. 143. Belfor. pag. 71.

AP-

APPENDIX

Aliquot Virorum Sanctitate Illustrium Congreg. Monachorum S. M. Montis Oliveti.

V. ANTONIUS BENTIVOLIUS Tyronum Magister SS. Prior deinde rectiss. & mirâ ardens charitate in proximos, in pauperes autem maximâ usus liberalitate, eam vel miraculis, cum oppugnaretur, defendit, retinuitque: Gabr. Bucel. in Bened.Rediv.Secun. Lancell. in Hist.Oliv.

B. BERNARDUS PTOLOMÆUS Olivetanæ Congreg. Institutor Patria Senen. familia perantiqua, ac prænobili prodiit, qui Sanctioris Vitæ concepto ardore, eam facilius assequendi, per novum Anachoriticæ Vitæ genus, viam ostendit,& an.1319.(non vero ut aliqui perperam asserunt an.1407.sicuti ex ejus obitus anno prorsus evincitur) erecto in solitudine Montis Acconæ insigni, ac celeberr. Cęnobio, quod postea *S. M. de Monte Oliveto* denominatum fuit, totiusque Congregat. Caput constitutum, ibi assiduis jejuniis, vigiliis, flagellis, aliisque omnis generis asperitatibus diù vacavit. At cum Senis horribilis pestilentia desęviret,uti summo in proximorum salutem amore flagrabat, ea lue infectis impensius inserviens, contracto eodem morbo, ad tam præcellentis charitatis præmia percipienda in Cęlum à Deo vocatus est an.1348. 13. Kalen. Sept. ætatis suæ 76. de quo Lancell. Paulus Carpenterius, Petrus Marcellinus Orassi, aliique Olivetani Scriptores, Lombardellus item Ord. Prædic. consulendi.

V. BERNARDUS VERCELLENSIS Abbas S. Margaritæ de Demisio in Hungaria non longe à Buda, floruit circa an. 1440. Vitæ sanctitate, zelo disciplinæ, & sacrâ eruditione, edidit luculentum libellum, ut sup. in Script. De eo Pius II.Pont.M. in Comment. Ricord. Hist. Mon. diat.4. p.369. edit. Romanæ 1575. Belf. p.125.

S. FRANCISCA nobilis Romana familia de Bussis nata an. 1384. Laurentii de Pontianis, paris nobilitatis, conjux, Monasterii Oblatarum Turris speculorum de Urbe,sub Congr. Oliv.fundatrix, Viro defuncto in illud se recepit, eodem habitu, eodemque cum aliis vivendi genere utens, totâque Vita, mirabili sanctitate & humilitate, omnibus ubique notissimâ refulgens, eam SSme clausit an.1440. die 9. Maii ætatis suæ an.56. à Paulo V. Pont. M. SS. Fastis adscripta an.1608. die 29. Maii. Ejus Vitam scripserunt Julius Ursinus Soc.J. Ven. 1656. Bonav. de Tundis Oliv. Neapoli 1682. Bern. M. Amico pariter Oliv. Ven. 1710.

FRANCISCA LEOPHANTA PANORMITANA Monialis olim S. Francisci, cęlesti illustrata lumine, ędificato Panormi, operâ cognatorum an. 1525. ad id Cęnobio, Olivetana fieri voluit, & Antistita perpetua constituta, omnium virtutum splendore cunctis enituit; Gabr. Bucel. in Ben. red. ad an. 1526. Lancell. l.2. p. 325.

FRANCISCUS CASTELLIUS Veron. Deiparę cultui addictiss. inter FF. Conversos [uti vocant] admissus est in Monast. S.M. de Organo, ubi annis quatuor Pistoriam artem laudabiliter, & sedulò exercens, & Sacristæ postea munere devote perfunctus, Virginitatem, & Innocentiam cautissimè servavit,

mulierum aspectum, ne dum colloquium, diligentiss. devitans, Volentem ad Ruhanam Reformationem transire, ubi Eremitarum Camald.Reg.Observ. vigebat, in Diæc. Patav. B. M. Virgo ad Montem Olivetum revocavit, ibique annis 41. devotiss., ac sanctiss. eidem B. M. V. inserviens ann. 1617. ad præmia in Cælum vocatus est. Gabr. Bucel. in Bened. Rediv. ad hunc an. Lancell. Hist. Oliv.

FRANCISCUS RINGHERIUS Bonon. ter Abbas Generalis, anno scilicet 1443. 1455., & 1467. quo item anno ad cælos evolavit; Vir fuit Sanctimonià Vitæ, omnique virtute, præcipue paupertate, humilitate, ac obedientià conspicuus, ejusque corpus decimo ab obitu mense incoruptum repertum est Lancell. l.1. p. 45. 47. 51. 52. Belfor. p.71.

B. HIERONYMUS DE CORSICA Oblatus Olivet. natus anno 1431., charitate, mansuetudine, prophetico spiritu, aliisque virtutibus plurimum floruit; obiit in S. Miniato in Etruria an. 1492. Kal. Decemb. cujus Vitam Scripsit Andreas Volaterranus. Sec. Lancell. Hist. Oliv. l.1.p.53.

HIERONYMUS MANTUANUS Vir SS: B. Osannæ Andreatię à Sac. Confessionibus, cujus etiam Vitam scripsit impressam post Authoris mortem Bononiæ an.1524.nam Hieronymus creditur mortuus an.1515.cujus corpus 100. à morte annis inventum est prorsus intactum. Idem ibid. lib. 2. pag. 220. Hippol. Donesmondi Minor de Observ. Hist. Ecclesiastica Mantuæ lib. 2.

MARIA BONAV.Patritia Romana Virgo Oblata in laudato Monast.Turris Speculorum Urbis, per sac. exercitia Ven. Garzię de Cisneros Hispani, Abb.Monserraten. à S. Ignatio (ut plures asserunt) aucta, & propagata, tantam gratiam promeruit, ut tota renovata, mirabiles profectus intra unius anni periodum in via Domini fecerit,ita ut omnibus admirationi esset; brevi agone consumata explevit tempora multa, obiit enim an. 1627. ætat.suæ 25. cujus gloriosa gesta descripsit Nicolaus Lancisciu Soc. J. tom.1.Opuscolor.Spir.Opusc. 6. n. 22. Præter Sanctimoniæ laudem, sublimis etiam ingenii, Astrorum peritiæ, & Italicæ Poesis haud inprosperi cultus famam obtinuit; omnibus proinde ob raras animi, corporisque dotes grata admodum, & accepta; cui morienti SS.Urbanus VIII. Pont. M. peculiares Indulgentias, & Pontificiam benedictionem, pro tutiori ad Cœlum itinere peramanter concessit, ac misit. O vere beataſque brevi adeo tempore ęternū regnum violenter raptum obtinuit.

MAURUS PUCCIOLI Perusiæ honestâ familiâ prodiit an. 1563. 21. Decembr. tenerâ adhuc ætate, XII. scilicet annorum in Cęnobio Montis Morcini propè eandem Urbem Congregationem Olivetanam ingressus est ann. 1575. S. Maurum D. P. Benedicti primum Discipulum obedientiâ, ceterisque virtutibus imitari jugiter studuit: Innocentiam enim, & puritatem illibatam jugiter servans, amore in Deum, charitate in Proximos, observantiâ in Majores, veneratione in omnes, rigore, & severitate in semetipsum, Regularis disciplinæ absolutum exemplar se cunctis prębuit. Insignis fuit ejus patientia tum in gravibus injuriis, tum in acerbissimis doloribus, & infirmitatibus tolerandis. Post nocturnam Matutini psalmodiam numquam cubitum ad quietem redibat, sed cœlestibus meditationibus, sacrisque precibus vacans, ad sacrosanctum Eucharistiæ Mysterium [quod sanus nec semel quidem omisit] celebrandum,ad lucem usque se componebat. Ipsum autem divinum Sacrificium LXIV. quibus Sacerdos vixit annis, ad solius Dei gloriam, & spiritualem sui, aliorumque utilitatem, & suffragium peregit, nulla ne dum petitâ,

sed

fed nec oblatâ etiam eleemofina unquam recepta. Quamvis autem orationi, contemplationi, ac filentio deditiffimus, aliorum tamen faluti, præfertim in Sacramento Confeffionis adminiftrando, ægrotifque vifitandis optimè confuluit. Humilitatem non minus in corde, quam in exterioribus actibus eximiè coluit, ab omni ambitionis fumo penitus alienus, Abbatis *Benemeriti*, [ut dicunt] titulo tantum, eoque ex obedientiâ infignitus. Afperrimam pœnitentiam cilicia, ferreæ catenulæ, flagella, aliaque id genus, adhuc oftendunt, jejunia vero, vigilias, & paupertatis ftudium, quo rebus etiam, quę maxime opus erant, abftinuit, haud mendax fama teftatur. His meritis, cum fe Cęlo dignum præftitiffet, illud confcendit an. 1650. die 20. Septemb. ætat. an. 84. ut cuidam Ruftico, viro fimplici, ac recto, qui Mauro Confeffario utebatur, eodem quo is obiit die, clariffime demonftratum eft. Ejus vitam pluribus à Deo ante, & poft mortem decoratam prodigiis defcripfit ex monumentis Montis Morcini Michael Angelus Belforti Abb. Olivet. impreffam Mediolani an. 1716. apud Francifcum Vigonum, & Fratres in 12. Idem Belf. meminit ejufdem Mauri etiam in Lyceo Aug. impreff. Neap. 1721. pag. 110. *De eo sup. in Append. script.*

B. PATRITIUS PATRITII nobilis Senen. primus Abbas Generalis Olivet. an. 1319. Vitæ aufteritate, zelo regularis obfervantię, contemplationis ftudio, prifcorum Patrum ęmulator, qui unâ cum Sociis duobus, B. fcilicet Bernardo Ptolomæo, & Ambrofio Piccolomineo, Beatiffimam Virginem candidiffimis indutam veftibus, ac mirę pulchritudinis, & fulgoris gemmam pectore geftantem videre meruit; ad eam, Deumque ipfum perpetuò in Cœlis videndum migravit an. 1347. in Cęnobio M. Oliveti majoris. Gabr. Bucel. Menol. pag. 205. Lancel. l. 2. pag. 15. Philipp. Malabayla &c.

B. RODULPHUS Veronenfis, primùm Monachus fuit Olivetanus, deinde ad Eremitas Camaldulenfes in laudato Cęnobio Ruhenfi tranfiens, folitudinem fummopere coluit, & cęleftium rerum meditationibus affidue vacavit, omniumque virtutum exemplar fe ipfum exhibuit; Vitæque curfum piiffimè explevit anno 1584. ætat. 79. Gabr. Bucel. in Ben. Rediv. ad eundem ap. Lucas Hifpan. Hift. Romuald. l. 4. c. 10. Belfor. pag. 49.

VEN. SIMPLICIUS CÆLENTANI nobili ftirpe Neapoli anno 1589. lucem afpexit. Adhuc puber Montis Oliveti Monachorum albo adfcriptus eft in eadem Urbe, & poftea Abbatis etiam dignitate infignitus; Quam in ea Congregatione Vitam duxit, cęleftis potius, quam humana cenferi debuit, eâ fcilicet morum integritate, eâ S. Regulæ obfervantiâ, eo virtutum omnium confluxu refplenduit, ut Monafticæ perfectionis norma cunctis extiterit; Actus enim fuos omnes, & fingulos tum interiores, tum externos, tam vocalium precum, quam mentalium orationum, Canonicę denique Pfalmodiæ æque, ac Mariani Officii fic difponebat, ac dirigebat, ut ad Dei gloriam, proximorum falutem, propriæque animæ utilitatem collimarent; itaque neque unicus ejus greffus, neque unicus membrorum motus, neque unica refpiratio vacua ei ab oratione, & directâ in Deum intentione effluebat, ac fi S. Joannis Climaci, & Caffiani cuncta Afceticæ pietatis præcepta abfolutiffime didiciffet, & ftudiofiffimè exerceret. Ad hæc aufteritas, & pęnitentia in eo fumma, fervor verò charitatis in Deum maximus, quo actus, identidem, corpore fpiritum comitante, in extafim rapi, & fplendidâ luce præfulgere vifus eft. Sanctiffimam Vitam pretiosâ in cofpectu Domini morte coronavit Neapoli an. 1650. quam Vitam breviter defcripfit Mich. Ang. Belf. in Lyceo

Lyceo Aug. à pag. 177. usque ad 190. quę est ultima ejus libelli. De quo etiam agit idem Belf. in alio opere, *Cronologia Olivetana* nuncupato.

VITALIS à Bononia, Vir præstantiss. & Olivetanę Congregationis clariss. lumen, dum Neapoli in principe Ecclesia die Cinerum præclaram Concionem habuisset, sanctè obiit an. 1577. omnium Civium opinione Sanctus. Gabr. Bucel. Ben. Red. Lancell. in Hist. Oliv.

VITUS à Prato in Etruria Abbas Generalis an. 1540. Vir austerioris vitæ laude cospicuus, cibi, somnique parcissimus, Tyronum olim magister diligentiss. & expertiss. inter cetera à Deo sibi collata dona, incendium in Sacrario M. Oliv. excitatum, suis precibus illico extinxit, flor. an. 1542. idem Bucel. ibid. Lancel. l. 1. pag. 78. Belfor. pag. 28.

Plures alios Olivetanos Monachos Pietate illustres ex Ven. Mauri (de quo supra) MSS. erutos affert Mich. Ang. Belfor. in Lyceo Aug. impress. Neapoli apud Felicem Moscam an. 1731. quos ibi videre poteris, & admirari, à pag. 155. usque ad 161. quibus aliquot alios recentiores addit ipse Belfortius.

APPENDIX

Aliquot Scriptorum Congr. S. M. Montis Virginis quæ exordium suum agnoscit à S. Gulielmo Vercellensi anno 1100.

AMATUS MASTRULLUS Abbas edidit Italicè
1 *Quadragesimalium, & Adventualium* Concionum volumina duo admodum erudita. Neapoli an. 1652. 2. *Monte Vergine Sacro*, in quo conspicuarum Antiquitatum notitia præbetur. Neapoli 1663.

FELIX RENDA scripsit Latino idiomate
1 *Vitam S. Gulielmi Abbatis* Monachorum Montis Virginis Fuudatoris. 2. *Vitam S. Amati* Episcopi Nuscani, & S. Donati à Ripa Candida, ann. Domini 1596. qui fuerunt Monachi ejusdem Virginianæ Congregationis.

JO. JACOBUS JORDANUS Abbas Generalis, & postea Episcopus Laquedonensis ab Inn. X. creatus, scripsit
Chronicon Congregationis Montis Virginis. Neapoli ann. 1649. in fol. & iterum Venetiis 1650.

JOANNES JANNULUS Abbas composuit
Anagrammata de Conceptione Deiparæ Virginis, breve quidem Opusculum, sed planè ingeniosum, impress. Neapoli an. 1676.

LAURENTIUS CATILLUS Abbas scripsit Latinè
1 *Additiones ad Practicam Mancini*, *De Visitatione Infirmorum*, ubi varia dubia moralia solvuntur. Impress. Mercuriani in Diœcesi Montis Virginis an. 1637. item Italice. 3. *Il Perillo degl' Ingrati*, Opus insigne ann. 1641. 3. *Saggi Politici, e Morali*. Neapoli an. 1642.

MAR-

MARCUS DE MASELLIS Procurator Generalis suæ Congregationis Neapoli, scripsit Italicè
Iconologia della Madre di Dio M. V. Neapoli 1654.
OVIDIUS DE LATIIS scripsit Italicè
Istoria della celebre Imagine di S. Maria di Monte Vergine dipinta da S. Luca Evangelista, è di alcuni Santi, le di cui reliquie riposano nel Sacrario del Monasterio di Monte Vergine: In Napoli 1225.
VINCENTIUS VERAX scripsit Italice
La Vita di S. Guglielmo. In Napoli 1585.

APPENDIX

Aliquot Episcoporum Congregationis S. Mariæ Montis Virginis.

S. AMATUS Monachus Congregationis Montis Virginis creatus fuit Episcopus Nuscanus, cujus Vitam scripsit Felix Renda, ejusdem Congregationis, ut paulo ante dictum est

Nuscum Urbs est Episc. Hirpinorum, inter Salernum, & Beneventum nunc in Principatu Ulteriori.

JO: JACOBUS JORDANUS, de quo supra, electus fuit Episc. Laquedonensis ab Innoc. X. Pont. Max.

APPENDIX

Aliquot Virorum Sanctitate Illustrium Congreg. S. Mariæ Montis Virginis.

S. AMATUS, de quo in antecedenti Appendice.
S. DONATUS à Ripacandida, cujus Vitam pariter scripsit laudatus Felix Renda.
S. GULIELMUS Congreg. Montis Virginis Institutor, Patria Vercellensis in Pedemontio nobili stirpe genitus, celeberrimà floruit Sanctitate, ingentibus, crebrisque, tum in terris vivens, tum in Cælis regnans miraculis comprobata; Ad Beatorum autem sedes migravit an. 1142.
B. JODOCUS PALMERIUS, angelicis moribus, omniumque virtutum dotibus præditus, non solum suos sodales Monachos ad perfectionem verbo, & exemplo inflammavit, sed plures etiam alios è Sæcularibus viris ad meliorem frugem traduxit. Obiit SSme an. 1553. Arnol. Wion in Lign. Vitæ, & ex eo Gabr. Bucel. in Ben. Rediv. ad hunc annum.

B. RO-

B. RODULPHUS VERONEN. primùm fuit Monachus Olivetanus, deinde ad Montis Virginis Congregationem transivit, fuitque Generalis Præses. Inter ceteras virtutes solitudinem arctius adamavit, & coluit, ita ut per 20 annos, quibus semper aut Major, aut Prior fuit, numquam sac. Erémo excesserit. In senectute iterùm *reclusionem*, ut nunc dicunt, obtinuit, ejus mores suavissimi, meditatio assidua, discretio omnibus grata: meritò igitur ejus Vitæ Author, scrinium omnium virtutum eum apellat: mortem leto animo, placidoque vultu aspexit an. 1584. die 29. Aprilis æt. suæ 79. Ita Gabr. Bucel. qui citat monimenta M. Virginis, & Lucam Ruhensem, manifestâ nimirùm æquivocatione; nam Rodulphus ex Olivetano Camaldulensis Eremita fieri voluit, ut supra in præcedenti Appendice dictum est. Bucelinus autem montem Virginem, cum Sac. Eremo, nomen *Præsidis Generalis*, cum nomine *Majoris*, Monimenta Montis Virginis cum Historia Romualdina Lucæ Ruhensis perperam confundit.

APPENDIX

Aliquot Scriptorum Congregat. Silvestrinorum à S. Silvestro Gozzolino Auximano institutæ circa annum 1200.

BENEDICTUS GIUSEPPUCCI edidit *Esercizii di divozione* in onore di S. Silvestro Fondatore della stessa Congregatione detta *de Silvestrini*. In Macerata per Giuseppe Ferri in 16.

CLEMENS TOSIUS Abbas scripsit

1 *Il Gentilesmo confutato* lib. 2. impress. Romæ an. 1669. 2. *La speranza* discorso Accademico. 3. *L'Honore rauvivato* in versi volgari. 4. *Il Trono di Maria*, discorso per l'Assunta. 5. *La custodia Angelica*. 6. *Li tre voli della S. Casa di Loreto*. 7. *Descritione delle Pompe funebri* per l'Esequie di Filippo IV. Re di Spagna, celebrate nella Basilica di S. M. Maggiore di Roma. 8. *Diversi altri discorsi* stampati ne fasti Accademici degl' Introsati, omnia impressa Romæ diversis temporibus

JACOBUS MERCATUS à Scapeziano in Piceno Castro haud longe à Senogallia scripsit

Vitam B. Joannis à Baculo. Latino sermone, impressam Fabriani an. 1604

Di Nardò. JOANNES DOMINICUS ROCCAMORA Nerironen. in Calabriâ, Abbas, & in Romano Athenæo Matheseos Professor, scripsit plura Opera, nempe 1 *Le Cifre Eucharistiche dicifrate* tom. 4. 2. *De Cometis* tom. 1. 3. *Summole* tom. 1. 4. *Philosophia nobilium* tom. 1. omnia hæc impressa Romæ ab an. 1670. usque ad 1684. Habebat insuper prælo parata infrascripta Opera 1 *Delle Cifre Eucharistiche* tomo 5. e 6. 2 *Quindici tomi di Filosofia*. 3. *Geographiæ* tom. 1. 4 *De Miris Auditionibus* tom. 1. Sed horum editionem mors

mors intercepit, extat Authographa Romæ in Bibliotheca Cœnobii S. Stephani supra Cacchum Congr. Silv.

JOANNES LEONARDUS Pelagallus Abbas, ſcripſit

Centiloquia Philoſophica, tom. 2. impreſſ. Romæ 1665.

MODESTUS BENVENUTUS Recinetenſis in Piceno, ſcripſit librum, cui titulum dedit *Di Recanati.*

1 *Humanus Orator*, ſive de Arte Rhetorica. 2. *Il Santuario*, in verſi volgari. Utrumque Opus impreſſum fuit Maceratæ an. 1654.

PHILIPPUS ROCCABELLA à Cingulo Piceni Oppido, ſcripſit, ſub nomine THOMÆ ROCCABELLA

1. *Dio Operante*. 2. *Il Principe Deliberante*. 3. *Il Principe Politico*. 4. *Il Principe Prattico*. 5. *Il Principe Morale*. 6. *Acroamata Politico-moralia*. Omnia impreſſa Venetiis.

PLACIDUS LAZZARINUS compoſuit Opus ſanè egregium, cui titulum præfixit

Adnotationes Cabaliſticæ in Sacram Scripturam; aſſervantur Authographæ in Bibliotheca S. Benedicti de Fabriano; quia Author morte præoccupatus illud Typis mandare non potuit.

SEBASTIANUS FABRINUS Recinetenſis, ſcripſit

1 *Croniche della Religione Silveſtrina*, tom. 1. 2. *Vita di S. Silveſtro Abbate*, tom. 1. Utrumque Opus impreſſum eſt Fabriani an. 1616.

SEPTIMIUS CASTELLANUS pariter Recinetenſis ſcripſit

1. *De Jubileo*, tom. 1. 2. *Vitam S. Silveſtri Abbatis*, carmine elegiaco. Impreſſum utrumque Opus an. 1630.

VARINUS FAVORINUS Camers, Vir Græcè, ac Latinè doctiſſimus, Leonis X. Pont. M. Præceptor, & ab eodem ad Epiſcopatum Nucerinum in Umbria ſublimatus an. 1514. Obiit ann. 1535. 25. Nov., ſepultus in ſua Cathedrali nobili Depoſito, Inſcriptionibus, & Epigrammatibus Græcis, & Latinis ornato: ſcripſit

1 *Dictionarium Græcum*, magnum quidem, & per utile Opus, variis ex Authoribus collectum. Baſileæ an. 1558. impreſſ. 2. *Theſaurum Cornucopiæ* totius linguæ Græcæ. Tranſtulit è Græco in Latinum. 3. *Apophtegmata* ad benè, beatèque vivendum. Magnis laudibus extollitur ab Angelo Politiano ejus magiſtro, ad Macarium Mutium Camertem ſcribente: in lib. 7. Epiſtolar. à Lilio Gregorio, de Menſibus, & annis, à Ferdin. Ughell. in Epiſcopis Nucerinis, à Ludov. Jacob. de Script. Umbr. pag. 264. & ſeq. aliiſque. Refert autem Dominicus Macri in Notitiâ Vocabulorum Eccleſiaſticorum, verbo *Epiſcopus*, Varinum hunc primum fuiſſe, qui ex Epiſcopis Regularibus uſus fuerit pileo viridis coloris.

VENANTIUS ANTOZZI Abbas, ſcripſit.

Sacra Novena, overo conſiderazioni divote ſopra la Vita, e Miracoli del glorioſo Patriarca S. Benedetto, in Camerino per Saverio di Simone 1734.

APPENDIX

Aliquot Episcoporum Congreg. Monachorum Silvestrinorum.

JOANNES DOMINICUS MOROLUS de Serra S. Quirici, ab Urbano VIII. creatus fuit Episcopus Polignani in Apulia.

VARINUS, alias Guarinus, de quo modo dictum est, Episcopus Nucerinus.

APPENDIX

Aliquot Virorum Sanctitate Illustrium, è Congregatione Monachorum Silvestrinorum.

HUGO DE ACTIS à S. Quirico Diœcesis Camerin. fuit Frater B. Josephi Abbatis Generalis Silvestrinorum, cujus exemplum sequutus, ab ipso S. Silvestro inter discipulos admissus est, quem sanctis moribus, & absolutissima S. Regulæ observantiâ, cæterisque virtutibus imitari studuit, insignibus ante, & post obitum miraculorum prodigiis eas comitantibus, inter quę illud celeberrimum, cęco nato lumen dedisse. Ad Cęlum profectus est in Monasterio S. Joannis de Saxo-Ferrato in Umbr. circa an. 1270. die 26. Jun. Idem Jac. ibidem tom. 2. pag. 59. & seq.

B. PAULINUS nobili familia de Bigazzinis Perusiæ natus, Monachus fieri voluit in Cœnobio SS. Marci, & Lucæ de Sambuco Diœcesis Eugubinæ, in agro tamen Perusino, à suis Gentilibus, & ejus Fratribus ædificato. anno 1260. ubi annis pluribus SSme vixit, fuitque unus ex pręcipuis, & perfectioribus S. Silvestri Gozzolini discipulis, qui eum suis ipse manibus cucullo induit; claruit innumeris tam in vita, quam post obitum miraculis. Ad Cœlum evolavit circa ann. 1280. die 21. Maii. Ludov. Jacob. de SS. Umbr. tom. 1. pag. 466.

S. SILVESTRI Patria Auximanus in Piceno, fuit ex nobili familia Gozzolini, primùmque Cathedralis Auximanæ Canonicus, mox Sanctioris Vitæ desiderio, in solitudinem secedens, omnibus insigniorum Virtutum operibus, pęnitentiæ præsertim, & orationis penitus sese devovit; nec tamen sibi soli laboravit, sed SSmâ Congregatione institutâ, plurimis aliis ad Monasticam perfectionem Dux, atque Comes fuit, ac demum per ejus vestigia gradientibus, viam ad Cœlum ostendit, quam ipse ingressus est fere nonagenarius an. repar. salutis 1267. die 26. Nov.

B. SI-

B. SIMON à Rocca Contrada in Piceno discipulus, & ipse ejusdem S. Silvestri, à quo Monasticas vestes accepit, mirabili Sanctitate, & simplicitate vixit in Monasterio Montis Fani, & postea in Cœnobio S. Marci de Ripalda, ubi etiam obiit ann. 1280. die 26. Augusti. Ludov. Jacob. de SS. Umb. pag. 171. & seqq.

APPENDIX

Congregationis Speraindeo.

B. SPERANDEUS, de SPERANDEIS Eugubinus Monachus Ord. S. P. Benedicti in Monasterio S. Petri Eugubii, quod nunc est Olivetanorum, instituit Congregationem nuncupatam *de Speraindeo* ann. 1260. & ædificavit plura Cęnobia, quibus addidit multas *Constitutiones* pro observantia SS. Regulæ D. P. Bened. Gabr. Bucel. in Menol. Lud. Jacob. in Vitis SS. Umbr. tom. 2. pagina 254. Huic Congregationi B. Sancta, sive Sanctuccia de Terrebottis Eugubina, univit XXVI. Monasteria Monialium, ab ea variis in locis Italiæ ædificata circa 1270. quæ obiit Romæ in Monasterio S. Annæ, olim S. Mariæ in Julia, an. 1305. die 21. Martii à se pariter ædificato. Lud. Jac. ibidem pag. 225. & seqq. Extat etiam nunc Perusiæ Monasterium Monialium Ordinis nostri, *Sperandio* appellatum, quod forte unum est ex ædificatis, vel ab ipso B. Sperandeo, vel ab hac B. Sancta, qua de re nihil certi assero, cum nihil certi compertum habeam.

APPENDIX

Aliquot Scriptorum Congreg. Monachorum Vallis Umbrosæ exortæ anno 1070. per S. Jo: Gualbertum nobilem Florentinum.

ADRIANUS CIPOARI Prænestinut Abbas, ac Præses Generalis Vall. Umb. Sac. Theologiæ, sacrorumq. Canonum Doctor, Hebraicæ, Græcæque linguę Professor, plurimum laboravit in corrigendis sacris Bibliis, & Libro Talmud jussu Sixti V. Pont. Max. à quo donatus fuit Abbatiâ in Commendam [ut dicunt] in Sardinia S. Michaelis de Salvenere nuncupata, scripsit *Apologiam pro Fide Catholicâ* contra Hæreticum Paleologum. De eo Fulgentius Nardi Abbas Vallumbr. in memoriis Vallisumbros. tom. 1. pagg. 49. 50. & 51.

ÆMILIUS ACERBI Bergomensis, concinnavit

1 *Vitam S. Joannis Gualberti*, *Carmine* heroico Latino, impressam Florentiæ an. 1559. 2. *Logicarum Quæstionum* lib. 4. Venetiis anno 1602.

AMBROSIUS GENOVINI Patria Florentinus Abbas, & Romæ Procurator Generalis, Philosophiæ, ac Sac. Theol. Doctor, vir Scholasticis disciplinis æque, ac humanioribus litteris excultissimus, composuit

1 *Philosophiæ integrum* (ut vocant) *cursum*, cui addidit. 2. *Philosophiam Problematicam*. 3. *Absolutissimam Theologiam Scholasticam* tomis XVII. digestam. 4. *Quadragesimalium Concionum* duplicem cursum. 5. *Decisiones* omnes *Romanæ Rotæ* in compendium tom. IV. redactas. 6. *Examen Ordinandorum*. 7. *Examen Confessariorum*. 8. *Libros Magistri Sententiarum* compilatos, & plura alia tam prosa, quam metro, tum Latinè, tum Italicè; quæ omnia in Bibliothecâ Passinianensi MSS. asservantur. Vitam explevit an. 1018. 24. Jun.

B. ANDREAS Parmensis discipulus S. Jo: Gualberti, scripsit

1. *Vitam ejusdem S. Jo: Gualberti* Latinè, quam integram afferunt Bollandici ad diem 12. Julii. 2. *Vitam S. Arialdi* Martyris Mediolanen. suique Condiscipuli, cujus exemplar extat in Tabulario Vallisumbrosæ.

ANDREAS à S. GEMINIANO Oppido Etruriæ, scripsit

De Virtutibus, *& Vitiis*, Opus LXXX. capitibus distinctum, & alia Opuscula. Floruit an. 1374.

ANDREAS Genuensis Monachus prius Benedictinus, deinde Vallumbr. scripsit

Vitam S. Jo: Gualberti Latinè an. 1419. quæ authographa reperitur in Archivo Vallis Umbrosæ.

ANGELUS BIGAZZI Abbatis regimine sese abdicavit, & annis XVI. ad Cellas Vallisumbrosæ eremiticam Vitam ducens, ibidem scripsit Latinè plura Opera spiritualia, nempe

1 *Sacram Sylvam* tom. 7. in fol. 2. *Lucrum Evangelicum*. 3. *De Septem Templis*. 4. *La Lira pietosa*. 5. *Il Deserto Spirituale*. 6. *Logicum ad Monasterium*. 7. *Explanationem Cantici Canticorum*. 8. *Brevem Introductionem ad artem Spiritualem*, & alia Opuscula devotissima. Fuerat autem antequam Abbas, Studiorum Magister, quo tempore typis edidit. 9. *Philosophiam* tomis tribus digestam, Forolivii apud Dandum, & Saporettum, primum nempe anno 1678. secundum an. 1679. tertium an. 1689. quibus omnibus titulum fecit, *Cursus Philosophicus Passinianensis*. 10. Item *Theologiam*, quam dicimus *Scholasticam* in compendium redegit, MS. migravit à sæculo anno 1715. cum odore Sanctitatis.

ANGELUS FLORENZOLA Poeta, & Orator non vulgaris, scripsit soluta oratione

1 *Discursus Animalium*. 2. *Epistolas quasdam*. 3. *Sermones diversos*. 4. *Novelle num.* 8. 5. *Discacciamento delle nuove lettere*. 6. *Apulejum è Latino in maternum sermonem translatum*. 7. *Comedias duas*. 8. Carmina pene innumera in libro Bernæ annotata. Ita Michael Pocciant. in Catal. Scriptor. Florent. pag. 1. floruit circa an. 1550.

De Asino aureo

B. ANGELUS LEONORI Bononien. in sæculo Juris consultissimus, Abbas postea Vallumbrosanus, ac denique Eremita ad Cellas Vallis Umbrosæ, Vir pietate, ac doctrinâ insignis, typis consignavit.

1 *Epistolarum*, *ac Sermonum* librum ad Senatum, & Populum Florentinum. Florentiæ anno 1496. 2. *Epistolarum* librum alium Latinâ linguâ ad diversos.

fos, quos inter, ad Alex. VI. ad Julium II. Pontt.Maxx.duas, ad Ludovicum XII. Regem Galliæ, aliosque Reges, ad Bernardinum Caravajalem Cardinalem; & ad varias Ecclesias etiam remotiores Africæ, & Asiæ pariter impress. 3. *De Authoritate* Summi Pont. ad laudatum Julium II. 4. *Apologias duas*, una contra Decium Hæreticum, alteram contra Conciliabolum Pisanum ad Generalem Ord. Prædicatorum. 5. Composuit etiam *Orationem* recitandam in Concilio Lateran. Vide Raynaldum in continuatione ad Baronium ad an. 1511. n. 30., & 31. pag. 530. Ad superos transiit an. 1530.

ARSENIUS BARBONI Theologus Florentinus, & Poeta utraque linguâ Latinâ, & Etruscâ, typis commisit.

1 *Panegyricas Orationes* duas, primam in honorem omnium SS. Ord. S. Benedicti, in qua supra CC. Authores, qui de laudibus ejusdem Ordinis, ejusque Virorum Illustrium scripserunt, allegantur. Secundam de S. Torello Eremita Vallumbrosano. Florentiæ an. 1673. 2. Alias item Orationes prælo subjecit. 1. *de Laudibus Clementis IX.* Pont. Max. 2. *De laudibus Jacobi Cardinalis Rospiliosi* ejusdem Sum. Pont. Fratris Filii. Reliquit etiam MSS. 3. *Conciones Quadragesimales*, & *Adventus*. 4. *Vitam S. Jo: Gualberti* Carmine Epigrammatico, in Archivo Ripolensi asservatam, excessit an. 1720. ætatis suæ circiter 93.

ARSENIUS Cognomine Crudelis Theologus, & Concionator, Patriâ Puppiensis in Etruria, scripsit

1 *Librum Sermonum* de Septem Verbis Christi Dñi è Cruce pendentis. 2. *In Libros* Prædicamentorum Aristotelis, & Prædicabilium Porphirii.

ASCANIUS TAMBURINI de Marradio Faventinæ Diœcesis in Romandiolâ Etruscâ, ideſt magno Etruriæ Duci subjectâ, sac. Theologiæ Magister, & Concionator insignis, Historiographus, & Sacror. Canonum peritissimus, morum etiam probitate cospicuus, suęque Congregationis Abbas, & bis Generalis Præses an. 1665. sed postea cum secundò eam dignitatem gereret, jam octogenario major, in Monasterio S. Bartholomæi de Ripulis, consueta Præsidum sede prope Florentiam, Vitâ functus est, scripsit

1 *De Jure Abbatum* tom. 3. & Abbatissarum tom. 1. impress. Romæ ex Typographia Rev. Cam. Apostolicæ an. 1630. & Lugduni apud Laurentium Anissonium an. 1650. in fol. & alibi sępius; Opus omnium Juristarum, aliorumque manibus tritum. 2. *De Ordinibus Equestribus*, quotquot in Orbe instituti sunt, cum eorum effigiebus, & insignibus. Opus summi laboris, & eruditionis, tom. 2. in fol. conprehensum, sed adhuc ineditum. 3. *Fagus*, sive *Arbor Virorum Illustrium* Congregationis Vallisumbrosæ, cum eorum imaginibus in magna tabula figura expressis, ad Seren. Carolum Cardinalm Mediceum. De eo Venan. Sim. in Catal. Vir. Ill. Cong. Vall. Umbr. Romæ apud Josephum Vannaccium an. 1692. pag. 25. & Fulgen. Nardi Abbas in Memoriis Vallumbrosanis &c.

S. ATTHO, sive Auctus Natione Hispanus ex Civitate Pacensi in Lusitaniæ finibus ad Anam Fluvium, cum in Italiam venisset, Vallis Umbrosæ Institutum amplexus est; Abbas postea Generalis, ac deinde Episcopus Pistoriensis creatus, cum annis viginti illi Ecclesiæ SSmè præfuisset, beato fine quievit an. 1155., scripsit Latine, sermone continuato

1 *Vitam S. Jo: Gualberti*; quæ postea in plura capita divisa impressa est Romæ ann. 1612. 2. *Epistolarum Librum*, in quo pietas non minus, quam doctri-

ctrina elucet. *De Translatione Capitis S. Jacobi Apostoli*. 4. *Vitam S. Bernardi de Ubertis Cardinalis*. De S. Atthone agunt Michael Pocciantius in Cat. Script. Flor. pag. 2. eum vocans Sacrar. Scripturarum cultorem egregium probitate vitæ, & miraculorum gloria clarum, cujus gesta scripsit D. Bernardus ejusdem Instituti Monachus; id est Bernardus del Sera in Compen. pag. 6. Eudox: Locatel. l. 2. c. 16. Arnol. Wion. tom. 1. lib. 3. pag. 83. Raph. Vol. in Metropologia lib. 20. Ferd. Ughel tom. 3. pag. 361. Michael Angelus Salvi in Historiis Pistorien.

AUGUSTINUS GAREI Florentinus typis edidit

1 *Orationem Funebrem* pro Ven. Abbate D. Cæsare Maynardi Florentino. Florentiæ an. 1613. 2. *Academicam Orationem* habitam Ticini Regii in *Affidatorum* Academiâ ann. 1617. aliasque Orationes, & Dialogos valde elegantes; transiit ad plures an. 1649.

BARTHOLOMÆUS CASONI Florentinus Abbas S. Mustiolæ de Clusio, & postea Episcopus Pisauriensis, scripsit

Delle glorie del Santuario di Loreto. Vivere desiit an. 1419.

BENEDICTUS BERTHIA Veronensis, Abbas, & bis Generalis Præses, humanioribus litteris optimè excultus, & poeticâ facultate conspicuus, emisit in lucem.

1 *Idea del Prelato regolare*. Florentiæ 1679. 2. *Discorsi morali, e Predicabili*, ibidem 1688. reliquit insuper. 3. *Poesie Liriche*, e *Tragicomedie* nu. 3. & alia. Obiit anno 1696. dum esset Abbas SS.mæ Trinitatis Florentiæ.

S. BENIGNUS BENIZZI, sive de Bisdominis nobilis Florentinus Abbas Generalis, S. Ludovici Galliarum Regis intimus, ac familiaris, scripsit

1 *Claustrum Animæ, & Corporis*. 2. *Historias Vallumbrosanas* excusas Florentiæ an. 1508. 3. *Plures Epistolas* ad Honorium III. Pont. Max. & ad laudatum S. Ludovicum. Vide Michaelem Pocciantium in Catal. script. Flor. pag. 23. Didacum de Franch. Locatel. Del Sera. Wion. Sim. aliosque.

B. BENIGNUS MALATESTA Cæsenas Eremita ad Cellas Vallis Umbrosæ, scripsit

Librum Historiarum valde probatum, qui extat Florentiæ in Bibliotheca Mediceà S. Laurentii. Floruit an. 1383.

BERNARDUS GIANFIGLIAZZI nobilis Florentinus Abbas Generalis, scripsit

Librum Epistolarum Latinâ linguâ, inter quas una legitur ad Innoc. VII. Pont. Max. data an. 1404. die 23. Oct. ut videre est in eodem Epistolarum Libro existente in Tabulario S. Bartholomæi de Ripulis pag. 94. obiit an. 1422.

BERNARDUS del SERA Florentinus, scripsit

1 *Compendium Vitę Abbatum Generalium*, & aliquot Beatorum Congregat. Vallis-Umbr. 2. *Vitam Ven. Blasii* del Milanese, nobilis Florent., & Abbatis Generalis, qui etiam ipse composuit, *Historiam Chronologicam* Congregat. Vallis Umbr. ab an. 1400. usque ad ann. 1511. quo eodem ann. obiit.

S. BERNARDUS UBERTI, de quo infra in Appendicibus Episcoporum, & SS. nobilis Florent. composuit

1 *Sermones quosdam*. 2. *& suæ Congregationis Historias*. Michael Pocc. Cat. Script. Florent. pag. 30. & plures alii, interquos S. Attho, qui ejus Vitam scripsit, ut supra in eodem dictum est.

V. CÆSAR MAYNARDI Florentinus Abbas variis scientiis probè excultus & Hebraicæ linguæ adeo peritus, ut eam alios etiam doceret, scripsit

Chro-

Chronica Cœnobiorum Vallis Umbrosæ, & Passiniani circa ann. 1590.
CHRISTOPHORUS TALENTI à S. Sophia, vir omnigenæ eruditionis, & Orator eximius, plures Orationes emisit in lucem sic inscriptas, nempe
1 *Orazione Funerale* per D. Valeriano Salainl Abbate di S. Trinita di Firenze, & ivi recitata, e stampata presso i Giunti an. 1605. 2. *Oratio* in Adventu ad Monasterium Passinian. Illmi D. Usimbardi de Usimbardis Episcopi Collensis, in eodem Cœnobio recitata, ibidem apud eosdem 1607. 3. *Oratio* de laudibus S. Atthonis Episcopi Pistor. & prius Abbatis Generalis Vall.Umbr. ibidem apud Marescottum an. 1608. 4. *Oratio* in funere Aurelii Fabagini olim Generalis Vall. Umbr. & demum Abbatis S. Mercurialis Forolivii, ubi recitata est, sed impress. Flor. apud Cosmum Juntam an. ... 5. *Orazione* funerale in morte del Seren. D. Ferdinando de Medici Gran Duca di Toscana, recitata in S. Trinità di Firenze nelle di lui Esequie, & ivi stampata per Cristoforo Marescotti 1609. 6. *Orazione* funerale in morte di Arrigo Re di Francia, e Navarra recitata in Bergamo, & ivi stampata l'an. 1610. 7. *Orazione* per le visite de' Superiori fatte nella Badia di Bergamo a nome de Studenti, & ivi recitata, e stampata per Comino Ventura l'anno 1610. 8. *Orazione* per la Passione, e Morte del nostro Sig. Gesù Cristo recitata il Venerdì S. del 1609. e stampata in Bergamo per Comino Ventura nel 1610. quam refert etiam Jo: Cinel. Bibl. Vol. Plut. 10. pag. 36. 9. Emisit quoque in lucem dum adhuc esset Juvenis, Italicè, *Carmina Rythmica*, ubi leguntur elegantiss. Epigrammata in laudem SS. & Virorum Illustrium impressa ibidem apud eundem an. 1602. Ejus item Oratio in laudem S. Atthonis translatâ fuit in linguam Hispanicam Castellanam à D. Archangelo de Cisneros, & impressa Ticini Regii an. 1611. apud D. Andream de Viano.
COSMUS SALINUS Florentiæ natus, humanioribus litteris egregie imbutus typis edidit librum rethoricum hujusce tituli
Graphis Oratoria, in qua cujusque Orationis componendæ ratio designatur. Florentiæ typis Amatoris Massæ an. 1648.
DIDACUS de FRANCHIS nobilis Genuensis Abbas S. Bartholomæi de Ripulis prope Florentiam, & S.Praxedis Romæ, Vir singularis doctrinæ, typis edidit
1. *Vitam S. Jo: Gaalberti* ad Ferd. II. M. Etr. Ducem an. 1640. Quæ Vita inter tot alias ejusdem S. à diversis conscriptas, optima omnium, atque dignissima judicatur, ut pote notis, & allegationibus eruditissimis referta, item. 2. *Vitam M. Comitissæ Mathildis*. 3. Commentarium pulcherrimum in *Epistolam Pareneticam* ejusdem S. Jo: Gualberti, & 4. *Officium parvum* in honorem ipsius SSmi Institutoris. Obiit apud Marradium Abbas S. Reparatæ ann. 1649.
DOMINICUS FELIX BALESTRA Romanus Filius Sororis Emi Card. Parracciani, Abbas S. Mercurialis de Forolivio, Doctor in Lyceo Florent. ann. 1705. scripsit
Catalogum Abbatum ejusdem Cœnobii S. Mercurialis Forolivii impress. an. 1714.
EUDOXIUS LOCATELLUS Abbas edidit admodum copiosè
1 *Vitam S. Jo: Gualberti* Italicè, impressam anno 1583. item. 2. *Plura Volumina MSS.* pertinentia ad res historicas Congr. Vallis Umbrosæ, in Tabulario S. Bartholomæi de Ripulis.
FIDELIS A PUPPIO in Etruria familia Soldani edidit.
1 *Vitam Ven. Servi Dei Petri Migliorati* à Puppio Abbatis, & Eremitæ ad Cel-

Cellas Vallis Umbrosæ. Florentiæ an. 1730. 2. *Succinta relazione* della Vita di S. Berta de Bardi Badessa di Cauriglia Congr. Vallis Umbr. ibidem eodem anno. 3. *Tractatum Apologeticum*, quo ostenditur S. Torellum à Puppio Eremitam, Monachum fuisse Vallumbrosanam. Lucæ 1731. 4. *Quæstionum historicarum*, quę Chronologiam Vallumbrosanam spectant Par. 1. in qua respondere nititur objectionibus Cl. Abbatis Guidonis Grandi in *Dissertationibus Camaldulensibus*. Florentię 1733. 5. *Earundem Quæstionum* Part. 2. qua diluere satagit responsiones laudati doctissimi Abbatis Grandi ad primã Partem, editas sub nomine D. Vitalis Martii Florentini. Florentię 1733. In vivis agit hoc eodem anno 1735., & alias responsiones ad novas ejusdem eruditissimi Abbatis Oppositiones parat; quas tamen, aliásque prudentissimi Congreg. Vallumbr. supremi Moderatores, ne in lucem amplius emittantur, variis de causis interdixerunt.

FRANCISCUS RIPA Florent. Sac. Theologię Doctor, & suæ Congregationis in Romana Curia Procurator Generalis, dum Romæ Abbas esset S. Praxedis edidit

Tractatum insignem de Simonia in 3. partes divisum; Romę typis Francisci Corbelletti an. 1631.

FULGENTIUS NARDI pariter Florentinus, varia eruditione, pręsertim Historiarum suę Religionis, excellens, Abbas primùm S. Mercurialis Forolivii, mox SS. Trinitatis Florentię, plura composuit, typisque tradidit; ea sunt.

1 *Ristretto della Vita di S. Umilta!* Florent. apud Antonium Maria Albizzini an. 1722. 2. *Il Catalogo* delle Badie, è Monasterii di Monache per ordine di Alfabeto, che furono, è che alcune sono presentemente Vallombrosane: ibidem anno 1726. apud Dominicum Ambrosium Verdi. 3. *Catalogo Alfabetico de Santi*, è Beati, e Venerabili, ed Altri Huomini Illustri Vallombrosani, ibidem, eodem anno apud eundem. 4 *Catalogo Alfabetico* de Sommi Pontefici, che hanno privileggiata, è favorita la Congreg. Vallumbrosana; ibidem apud eundem an. 1728. 6. *Bullarium parvum Vallumbrosanum*, sive *Tabula Chronologica* in qua continentur Bullæ illorum Summ. Pontificum, qui eundem Ordinem Privilegiis decorarunt. Ibidem apud eundem an. 1729. 8. præterea concinnavit. 7. *Memorias* Vallumbros: tom. 13. in fol. MSS. quibus addidit, decem alios tomos pariter MSS. materiarum similium, & alia.

GENESIUS MINUCCI à Radda, edidit

1 *Speculum Ecclesiasticum* tripartitum. Ravennę apud Petrum Joanellum an. 1595. in 8. 2. *Compendium Summæ* Cardinalis Francisci Toleti in septem libros, & duos tractatus divisum. Mediolani an. 1606. apud Jacobum Cumum. 3. *Quinquaginta Appendices* ad idem Compendium, ibidem eodem anno apud Gratia-Deum Feriolum. Opus egregium, ideoque sępius variis in locis impressum. 4. *Librum contra Judæos*.

V. GREGORIUS Abbas S. Sepulchri de Astino prope Bergomum, & postea ejusdem Urbis Bergomensis Episc. ab Innoc. II. creatus, scripsit

De veritate Corporis Xpi, contra Sacramentarios, sive *Berengarianos*, qui Sęculo XII. Berengarii Hęresim jam explosam, damnatamque ab inferis revocaverant, de quo libro in 32. capita diviso, & etiam num MS. in Abbatia Ripulensi existente fusè loquitur. Jo: Mabillonius in Pręf. tom. 4. Annal. Ord.

Ord. S. Ben. edit. Parisiis, 1707. Obiit Gregorius an. 1145. Barth. de Peregr. *Vin. Berg.* par. 1. c. 28. & par. 2. cap. 22. Ven. Sim. in Catal.

GUGLIELMUS FRANCHINI Romanus edidit

Grammaticam Hebraicam, Italicè, cum hoc titulo *Il Sole della Lingua Santa*; ab illius Idiomatis peritis plurimi factam, & à Secundo Lancellotto in libro l' *Oggidì*, admodum commendatam, cujus methodum, ac ordinem Card. Bellarminus sequutus, ac imitatus dicitur.

HILARIUS GHIROLDI nobilis Patavinus, & Civis Venetus edidit

Teatro del Cielo, e della Terra. In Bergamo 1640. ad Jo: Grimanum militum ibidem Præfectum; in quo Opere variis de rebus Geographicis, & Astrologicis differitur. Obiit an. 1643. die 4. August.

HYACINTHUS GUCCI Abbas varia Opera, eaque egregia scripsit

1 *Il Cristiano Prencipe politico*. Florent. apud Jo: Baptistam Landinum ann. 1630. in 8. 2. *Le Parabole Sacre* ibidem apud Amadorum Massi Foroliviensem an. 1645. in 12. 3. *La scala di Perfezione*. 4. *Il Sindicato di Tiberio Cesare*: excessit ann. 1648.

B. JOANNES à Catignano nobilis Florentinus, Abbas primum SSmæ Trinitatis Florentiæ, ac deinde Eremita apud Cellas Vallis Umbrosæ, scripsit utrâque lingua, Latina scilicet, & Etrusca.

1. *Plures Sermones*, *&* *Epistolas*, inter quas aliquot ad S. Catharinam Senensem, sibi familiarem, quarum viginti sex unâ cum Vitâ ejusdem Sanctæ impressæ sunt Florentiæ an. 1722. in Typographia Regiæ Celsitudinis, suntque non solum piissimæ, sed optimi etiam Etrusci Idiomatis item. 2. *Vitam S. Domitillæ V. & M.* 3. *De moribus B. M. V.* 4. *De Pænitentia*. Migravit ad Cælum an. 1390. die 10. Martii.

S. JOANNES GUALBERTUS (de quo infra in Appendice Sanctorum) fuit sui Ordinis primus scriptor, nam circa ann. 1060. exaravit

Plures Latinas Epist. Parænetieas contra Simoniacos, & Nicolaitas; & antequam spiritum Deo redderet, *Aliam Epist.* similiter *Paræneticam* scripsit, stylo quidem plano, ac simplici, sed sapientiæ, ac prudentiæ sensibus profundissimam; quam ejus Vitæ Scriptor integram affert, estque cum aliis laudatis Epistolis typis impressa.

MICHAEL ANGELUS CHELLI Florentinus scripsit

1 *Historiam Florentinam* sui temporis asservatam in Bibliotheca Medicea S. Laurentii, & 2. *Kalendarium Ecclesiasticum*; obiit an. 1563. annor. 83. mens. Febr. Lucatell. Sim.

PLACIDUS PAVANELLUS Patavinus ex Monacho Congreg. Casinen. ab Eugenio IV. creatus Abbas Generalis Vallis Umbr. scripsit

Epistolarum Volumen. Vide nostros Catalogos Episc. p. 47. & Reform. pag. 22. Congregat. Casin.

PLACIDUS A' PUPPIO Orator excellens scripsit

1 *Controversias* adversus Lutherum: & 2. *Tractatus* quosdam *in Decalogum*, floruit tempore Julii III. Pont. Max.

SANCTES DE VALORIBUS Perusinus scripsit admodum accuratè

1. *Vitam S. Jo: Gualberti*, an. 1500., item Librum inscriptum. 2. *Peregrinatio Vitæ humanæ*, & alia miscellanea: flor. 1506.

SIMON ALTOVITI Abbas, & Generalis Præses, vir non minus doctrinâ, quam probitate, ac prudentiâ insignis, quas ostendit variis in Legationibus pro Apostolica Sede, ad plures Principes obitis, eo præsertim tempore, quo

funesta, & cruenta Guelphos inter, ac Gibellinos bella sęviebant; ejus egregia est

Collectio Epistolarum, quas ad Principes, Cardinales, Summosque Pontifices scripsit, præcipuè ad Urbanos V., & VI. asservata in Tabulario S. Barth. de Ripulis. Obiit an. 1387.

THESAURUS VELI Abbas primum S. Praxedis de Urbe an. 1612. deinde suæ Congreg. Generalis Præses LVII. an. 1513. scripsit

Vitam S. Bernardi Uberti Cardinalis, & Episc. Parmen. Odoardo Cardinali Farnesio dicatam, impressam Romæ apud Gulielmum Facciottum an. 1612. Ven. Sim. in Catal.

B. THEUZZO LAMBERTI Florentinus Discipulus S. Jo: Gualberti, primus fuit qui scripserit

1 *Vitam S. Jo: Gualberti* an. 1260. quæ postea in vulgarem sermonem fuit translata, & etiam num extat in Mon. Vall. Umbr. 2. *Commentarium in Regulam* SS. P. Benedicti Abbatis.

VALENTINUS AVERONI nobilis Flor. Abbas, & Visitator Congr. Vallis Umbrosæ, transtulit ex Latino in Italicum sermonem.

1 *Il Trattato del Governo de Prencipi* di S.Tomaso di Aquino [si tamen ejus est] al Re di Cipri. In Firenze apud Georgium Marescottum an. 1577. in 8. de quo Justus Fontanini, *de Italica* Eloquentia lib. 2. class. 12. §. 5. pag. 129. 2. *Traduzione del trattato* del Governo de Giudici composto dall' Angelico Dottor S. Tomaso. Alla Duchessa di Brabanza ibidem apud eundem eodem anno. 3 *Libri due* della Dottrina Cristiana pertinente à tutti gli Stati degli Uomini del Divo Dionisio Cartusiano, tradotti dal Latino in Volgare, ibidem apud eundem anno 1576. 4. *Discorsi sopra l'Orazione Dominicale* distinti in IX. libri tom. 1. in 4. in Firenze presso il Marescotti 1575. 5. *Discorsi sopra le necessarie condizioni*, che deve havere la Vergine Sposa consecrata a Cristo. Libi 4. in Firenze per il Marescotti 1591. in 8. MSS.

1 *Trattato della Città di Dio* di S. Agostino Vescovo Ipponense contro i Pagani tradotto in lingua Fiorentina nel 1591. 2. *Discorsi sopra il Salmo* 116. *Laudate Dominum omnes Gentes &c.* e compendio di tutti i Salmi del Profeta David, e perciò colmo di Misterii di Cristo, e di sua S. Chiesa 1692. 3. *Discorsi sopra il Misterioso Cantico* de Santi Angioli nella Natività di Cristo 1595. 4. *Discorsi sopra dell' Opre di Dio*, Natura, Grazia, e Gloria sopra il Salmo 142. v. 5. *Meditatus sum in omnibus Operibus tuis* 1596. 5. *Discorsi sopra il Cantico de Cantici* di Salomone divisi in lib. 8. 1597. Omnia hæc MSS. asservantur in Bibliotheca Monasterii Passinianensis. 6. *Discorsi sopra il Significato* del SS.mo nome di Gesù, extat in Bibl. Monasterii Vallisumbrosę. De ejus translatione Tractatus D. Thomæ *de Gubernatione Principum*, cum laude loquitur Author Bibliothecę Italicę Venetiis impressæ an. 1728. p. 196.

VALERIANUS SALAINI Florentinus Patriâ Abbas Generalis Congreg. Vall. Umbr. composuit plura Chronica variorum Monasteriorum ejusdem suę Congreg., circa an. 1580., nempe

1 *Chronicon Cęnobii Vallis Umbrosæ*. 2. *S. Michaelis de Passiniano*. 3. *S. Laurentii de Coltibono*. 4. *S. Bartholomæi de Ripulis*; asservata in Archivis eorumdem Monasteriorum; addidit 5. *Chronicon* Episcoporum, Archiepiscoporum, & Card. Florentin. 6. *Gesta Reipublicæ* Florentinę, & alia.

VE-

VENANTIUS SIMII Abbas, Visitator, & in Romana Curia Procurator, demumque Abbas Generalis suæ Congregationis, nec multo post à Clemente XI. creatus Episc. Salaminæ, consarcinavit

Catalogum Virorum Illustrium Congreg. Vall. Umbr., impress. Romæ ann. 1693. apud Josephum Vannaccium, obiit an. 1718.

VINCENTIUS FEI Romanus, Doctor, & Prælector Sorbonicus, scripsit *Concertationes Dogmaticas* contra Lutherum, aliosque Hæreticos, impressas Parisiis. Obiit an. 1600.

VIRGILIUS FALUGI Florentinus Abbas, & Visitator Generalis, doctissimus in Herbarum cognitione, quam *Botanicam* vocant, scripsit

1 *Prosopopæjæ Botanicæ*, sive Nomenclatoris Botanici pro Rei Herbariæ Candidato Doctore Raynerio della Grange. Florent. an. 1697. typis Antonii M. de Albizinis in 12. part. 1. 2. Part. secundam, *de Plantis Umbelliferis* propriè dictis, flore perfecto pentapentalo irregulari ibidem anno 1699. 3. *Prosopopæjæ Botanicæ* Tournefortianâ methodo dispositæ Part. 3. ibidem an. 1705. apud Cæsarem Bindi.

VITUS de Ponte à Sieve in Etruriâ composuit

Chronicon S. Michaelis de Passiniano an. 1570. Plures alios Valumbrosanos Scriptores videas apud Ascanium Tamburium in *Fago*. Venantium Simii in Catal. Fulgentium Nardi in Memor. Vallumbr. aliosque.

APPENDIX

Aliquot Summorum Pontificum, Cardinalium, & Episcoporum Congreg. Monachorum Vallis Umbrosæ.

ALEXANDRUM Papam IV. Vàlumbrosani Scriptores (quos videas apud Fulgentium Nardi in Catal. pag. 10.) asserunt primo fuisse Abbatem Puppiensem, ac deinde ad Cardinalis dignitatem, demum ad summum Pontificatum assumptum. Sicut etiam

S. GREGORIUM VII. olim Hildebrandum, Abbatem, ut autumant, S. Benedicti de Calvello, ejusdem Congregationis asseclam volunt Ascanius Tamburinus in *Fago*, Didacus de Franchis *in Vit.* S. Jo: Gualb. l. 22. pag. 507., aliique, & Carolus Tapia Juris Consultus, & Eques Neapolitanus in *Tractatu de Religiosis Rebus* impress. Neapoli an. 1593. ex Typographia Stelliolæ pag. 265. cap. 4. n. 6. sed extra omne dubium est, hunc Sanctum Pontificem Monachum fuisse Cluniacensem, & Abbatem S. Pauli de Urbe, quod tamen minimè officit, quin aliquandiu etiam inter Vallumbrosanos Monachos, ut eorum unus degere potuerit. Nam Sanctus quoque Robertus Monachus primùm fuit, & Prior S. Petri de Cella, deinde Tornodorensis, & postmodum Molismensis Cœnobii Abbas, & à Monachis Hauz ad idem

munus electus, demumque Cisterciensis Instituti Author. S. pariter Petrus Damiani Monachis S. Crucis Avellanæ primò adscribi voluit, deinde inter Monachos Camaldulenses recenseri, postmodum propriam Congregationem, quæ de ejus nomine *S. Damiani vocata est*, instituit in Apulia in Monasterio *S. Petri de Majella* prope Sulmonem juxta Montem *de Morono* dictum, ubi postea S.Petrus Cælestinus sub nomine Petri de Morono habitavit. Denique etiam num sæpe videmus Monachos Ord. D. Benedicti ex una ad aliam Congregationem transire. S. Gregorius VII. Cælum conscendit an.1085.

GREGORIUM IX. Abbatem Strumiensem, S. Fidelis de Puppio, & GREGORIUM X. Placentinum, Abbatem S.Benedicti de Placentia, insuper INNOCETIUM II. Monachorum Vallis Umbrosæ albo iidem Authores adscribunt.

JO: HUNGARUS Abbas Strumiensis, ideft S. Fidelis de Puppio, ab Antipapa Victore 4. creatus Cardinalis Albanus, in locum Paschalis 3. pariter Antipapæ jussu Federici Imperatoris electus est & ipse Antipapa, sub nomine Callisti 3. seditque in ea Cathedra pestilentiæ supra septem annos, tandem resipiscens, ac pœnitens an. 1178. sese male parta dignitate abdicavit, & ab Alex. 3. verò Pontifice Archiepiscopus Beneventanus creatus est. Ciacc. t. 1. p. 1108. Marius Vipera in Chronol. Archiep. Beneventanor.

C A R D I N A L E S.

ANASTASIUS Abbas Montisplani à Paschali II. S.R.E. Cardinalis renunciatus est.

AZZO Orgogliosi Monachus S. Mariæ de Flumana ab eodem Summo Pontifice Cardinalis creatus.

S. BERNARDUS UBERTI, de quo infra in Catal. Sanctorum, ab eodem Paschali II. sacra Purpura donatus.

DAMIANUS ex primis S.Jo: Gualberti discipulis ab Alexandro II. Pont. Max. inter Cardinales adlectus.

GRATIANUS Pisanus Eugenii III. Fratris, vel Sororis filius Abbas S. Pauli Pisarum ad Arni ripam, vir integerrimus, & præstantissimus, ab Alex. III. Cardinalium cœtui adscriptus.

GUIDO MORICOSI laudati Eugenii III. pariter Sororis, vel Fratris filius ab Innoc. II. sacro Cardinalium Collegio sociatus.

HUGO de RICASOLIS Abbas S. Laurentii de Cultobono Fesulanæ Diœcesis ab Alexandro III. Cardinalis dictus.

LUCIUS BOETIUS ex Comitibus Anagniæ S. Atthonis Discipulus, ab Inn. II. in sac. Cardinalium numerum ascitus.

MARTINUS CYBO ex Massæ, & Carrariæ Ducibus ab eodem Inn. II. S. R. E. Cardinalibus aggregatus ann. 1138. Ascan. Tamburin. *de Jur. Abb.* tom. 1. pag. 25. At Ciacc. Monachum Cisterciensem eum fuisse asserit.

ODERISIUS Abbas S. Mariæ de Osella à Paschali II. rubro Galero exornatus.

S. PETRUS IGNEUS, de quo infra in Append. Sanctorum, a Gregorio Septimo inter Cardinales adnumeratus.

PETRUS BARDI Florentinus Abbas S. Mariæ Fontisplani à laudato Inn. II. eandem Cardinalis dignitatem obtinuit.

S.

S. THESAURUS BECCARIA Papienfis Abbas Generalis Vall. Umbr. ab Alexandro IV. unicus Cardinalis creatus an. 1257., & Legatus Apoftolicus contra Guelphorum, & Gibellinorum teterrimas factiones, ut eas ad Chriftianam pacem componeret, ab iifdem furentibus capitis abfciffione Florentiæ martyrio coronatus eft. Vide Ciacc. tom. 2. Sanfov. l. 1. Ill. Fam. Ital. Volat. lib. 20. Antropol. Wion. tom. 2. l. 3. pag. 290.

E P I S C O P I.

AMBROSIUS MUTII Bergomas Abbas Aftinenfis electus fuit Epifcopus Bergomenfis, circa ann. 1098. ex Barth. de Peregrinis in *Vin. Bergom.* part. 1. cap. 28.

V. AMBROSIUS alter Abbas Generalis Vall. Umbr. ab Hadriano IV. creatus Epifcopus Florent. an. 1155. fedit annos fere 3. obiit an. 1158. Ughell. tom. 1. pag. 124. del Sera in Compend. pag. 7. Locatell. c. 19. pag. 22. Arnol. Wion. tom. 1. lib. 1. pag. 53.

S. ATTHO HISPANUS, de quo fupra in Append. Scriptorum, Epifcopus Piftorienfis an. 1135. ufque ad an. 1155.

ATTHO alter Epifcopus Bergomen. an. 1230. obiit an. 1240. Barth. Peregr. *Vin. Berg.* par. 1. c. 34. Ughell. Sim. p. 31.

BARTHOLOMÆUS CASONI [de quo fup. in Append. Script.] fuit Epifc. Pifaurienfis: obiit an. 1419.

S. BERNARDUS UBERTI, [de quo infr. in App. SSr.] Epifc. Parmenfis.

COLUMBINUS BASSI Abbas Generalis à Clem. XI. creatus Epifc. Piftorien. & Pratenfis, Vivit an. 1735.

ELIMANDUS difcipulus S. Jo. Gualberti fuit Epifc. Florentinus, tefte Didaco de Franchis in Vit. ejufdem S. Jo. Gualberti lib. 2. pagina 117., & lib. 5. pagina 117.

FLAVIUS GALLETTI ab Inn. X. creatus Epifcopus Anglonæ: an. 1646.

V. GREGORIUS Abbas Aftini prope Bergomum, deinde ejufdem Urbis Epifcop. Floruit fæculo XII. de eo fupra in Appendice Scriptorum.

GREGORIUS DE BISDOMINIS Abbas Paffiniani, qui an. 1193. S. Jo: Gualbertum confanguineum fuum, cujus Vitam Latine, ac fusè fcripfit, in Sanctorum Canonem à Cœleftino III. referendum curavit, ab eodem Cœleftino III. creatus fuit Epifcopus Aquinas.

S. GUALA Patriâ Bergomen. ex Epifc. Brixienfi Monachus Vallis Umbr. Obiit an. 1144. Wion. Locatel. Simius.

GUALA alter, Patria item Bergomen. fuit Epifcopus Bergomi an. 1171. Obiit an. 1187. Peregr. par. 1. c. 31.

GUIDO CARRARIA Civis, & Epifc. Bergom. an. 1280. Barthol. de Peregr. *in Vin. Berg.*

HERMANNUS difcipulus S. Jo. Gualberti Epifcopus Volaterranus. Vixit circa anno 1066. Ughell. tom. 1. in Append. pag. 543. Didac. de Fran. lib. 5. pag. 116.

HILDEBRANDUS ex Comitibus Guidi Abbas primum, deinde Epifcop. Piftorien. de quo idem Ughell. tom. 3. p. 357.

JO-

JOANNES TORNELLUS Episc. Bergomen. decessit anno 1230. de Peregr. in *Vin. Berg.* Ven. Sim. in Catal. p. 31.

JOANNES NUMALIUS de Forolivio à Bonifacio IX. electus Episcop. ejusdem Urbis Foroliviep. an. 1402. Sim. pag. 173.

S. LANFRANCUS BECCARIA Papiensis Monachus S. Sepulchri extra, & prope Papiam, quod nunc, ex ejus nomine, S. Lanfrancus vocatur, Episc. ejusdem Urbis Papien. obiit an. 1175.

LEO STROZZA Petri filius nobilis Florentinus Sac. Theolog. Doctor, & suæ Congregat. in Alma Urbe Procurator Generalis, ab Alexandro VIII. creatus Episcop. Pistorien. & Praten. an. 1690. deinde ab Inn. XII. postulante Magno Etruriæ Duce Cosimo II. ad Archiepiscopatum Florentinum translatus an. 1699. Obiit an. 1703. die 4. Oct. Ughell. tom. 3. col. 193. in Archiep. Flor. & eodem tom. col. 316. in Episcop. Pistor.

MATTHÆUS DE GRIPHONIBUS à Puppio fuit Episc. Triventinus in Samnio: decessit circa ann. 1567. ætati suæ 80.

S. PETRUS IGNEUS Episc. & Cardinalis Albanensis, de quo infra in Appendice Sanctorum.

PETRUS alter Episcopus Pistoriensis an. 1906. Ughell. tom. 3. p. 357.

PLACIDUS PAVANELLUS Patavinus prius Monachus Casinen. & Abbas. mox ab Eugenio IV. Abbas Generalis perpetuus Congregat. Vallis Umbrosæ constitutus an. 1434. à Nicolao V. Episcopus Biblen. 1447. ac deinde Parentinus, denique à Callisto III. Episcop. Torcellanus fuit renunciatus. Simius, Scardeon. Cavacc. Wion. Ughell. Armell. in Catal.

RICCIARDUS à Monte Luco Abbas Generalis, ab Eug. IV. Episc. Massæ maritimæ creatus est an. 1433. Ughell, tom. 3. p. 799.

VENANTIUS Simii (de quo sup. in Append. Script.) electus fuit à Clem. XI. Episc. Salaminæ. Obiit, an. 1718.

APPENDIX

Aliquot Virorum Sanctitate Illustrium Congreg. Monachorum Vallis Umbrosæ.

S. ALBERTUS PARISI Bonon. qui nomen suum Monasterio illi ex suo nomine reliquit.

S. ARIALDUS Diaconus primùm Mediolanensis Ecclesiæ, mox Congr. Vallis Umbr. Monachus, sociusque S. Petri Ignei, ab Hæreticis cruciatus, Xpi Martyr effectus est, unà cum aliis quinque Monachis sodalibus suis, Arnulpho, Landulpho, Dagegario, Siro, & Ursino, quia Nicolaitarum, & Simoniacorum hereses evertere strenuè satagebant; idque circa annum 1096.

S. ATTHO Episc. Pistorien. sanctitate conspicuus, de quo supra in Append. Scriptorum, & Episcoporum.

S. BE-

S. BENEDICTUS Monachus, & Eremita Monasterii Cultoboni, penitentia, oratione, miraculis clarissimus, in Cœlum abiit an. 1107. cujus sacrum corpus post 320. annos incorruptum, & suavem flagrans odorem inventum est. Boll.tom.2. Mens. Jan. pag.336. Wion. Ferrar. Locatel. del Sera Sim. aliique.

S. BENIGNUS BENIZZI, de quo supra in Append. Scriptorum.

S. BENIGNUS MALATESTA, de quo supr. in Append. Scriptorum.

S. BERNARDUS UBERTI, de quo supr. in Append. Episcop. Hic nobili stirpe Florentiæ natus, Sororis filius S. Petri Ignei, adhuc Juvenis Congregationem Vall. Umbr. sanctitatis famâ, præsertim tunc vivente S. Jo: Gualberto admodum florentem ingressus, mox Abbas electus, indeque Generalis Preses, non adeo multo post ab Urbano II. Pont. Max. magnâ Comissâ Mathilde postulante, & Parmensi populo flagitante, Episcopus Parmensis fuit renunciatus, ac deinde S. R. E. Cardinalis tit. S. Chrisogoni, anno 1099. & à Paschali II. totius Italiæ Apostolicus Legatus constitutus. Terras Celo commutavit an. 1133. idibus Decembris, ab eodem Paschali II: inter Sanctos relatus. Ejus Vitam scripsit novissime Thesaurus Veli Abbas Vall: Umbr. typisque tradidit Romæ ann. 1612. apud Facciottum, ut in eodem Thesauro dictum est. Nam Barnabas Parmensis Monachus noster aliam ejusdem Sancti Vitam prius vulgaverat Parmæ apud Erasmum Viottum an. 1609. ut in nostra Bibliotheca Prim. par. pag. 70. lin. 42. jam narravimus, de eodem Sancto videndi Ciac. t. 1. pag. mihi 551. Wion. Petr. Ughell. de Franchis, Polciani. pag: 30. Locatell. del Sera, aliique.

S. BERTHA de BARDIS Florentina, prius Monialis Benedictina, deinde Abbatissa Cœnobii de Cauriglia in Valle Arni, sanctissime vixit, obiitque, an. 1163. & multis miraculis effulsit. Silv. Razzi de SS. Etruriæ. Ricord. Hist. Monast. del Sera, Locatell. Wion. &c.

S. HERLEMBALDUS Mediolanen. & Martyr socius S. Arialdi.

S. HUMILTAS Abbatissa, virtutibus, & miraculis gloriosa, quæ an. 1310. evolavit in Cœlum.

S. JOANNES GUALBERTUS nobili genere Florentiæ ortus ann. 985. ex præclara familia Bisdomini, actu illo mirabili, quo hosti ad necem quæsito, ob Christi Domini Crucifixi reverentiam, vitam indulsit, ab eodem Crucifixo, caput sibi in Ecclesia subinde oranti protinus flectente, insuetum grati animi signum, unâque cœlestium charismatum copiam affatim promeruit, quibus omnium virtutum exemplar factus, tot SS.mos Asseclas, proprio in primis exemplo, Cœlo dare, & Catholicæ Ecclesiæ, invicta fortitudine, insigniter prodesse facile potuit, Simoniæ Monstrum ubique prosternens, & undique expellens; Æternum obtinuit triumphum ann. 1063. ætatis suæ 78. plurimis semper miraculis, ac prodigiis illustris, à Cœlestino III. Pont. Max. in Sanctorum album relatus an. 1193. Ejus Vitam scripserunt olim B. Andreas ejusdem Congregationis Abbas, & S. Attho Episcopus Pistorien., quam exhibet, & illustrat Jo: Mabillonius sæculo VII. Benedictino, & novissime Italicè Didacus de Franchis Abbas Ripulen. Thesaurus Veli Præses Generalis, Eudoxius Locatellus, aliique plures.

Vel 1073. ætatis 88. juxta Simium.

S. LANDULPHUS COTTA Mediolanensis Senatorii generis, Frater S. Herlembaldi, efferata quorundam Clericorum perfidia Martyrio coronatus.

S. LANFRANCUS BECCARIA, de quo supra in App. Episcoporum.

S. MARGARITA Monialis, discipula S. Humilitatis, & Abbatissa, quæ vixit annis 110.

S. PE-

S. PETRUS IGNEUS à puero S. Jo: Gualberti discipulus, ipse etiam Patria Florentinus ex prænobili familia Aldobrandesca, vel Ildobrandesca, vel Aldobrandina, ex Comitibus Joannensibus, omni sanctitate, humilitate, ac obedientiâ mirabiliter effulsit. Creatus Abbas Passiniani, Monasterium sanctè, ac prudenter rexit; cujus obedientiæ prodigium illud numquam satis celebratum refertur, quod jubente eodem S. Jo: Gualberto, per ardentiss. ac immensum ignem ad Simoniacos clarissime confundendos, & evidentiss. convincendos, utque ostenderet Alexandrum II. verum Pontificem, & legitimum Christi Vicarium, semel, ac iterum illæsus transierit, unde *Ignei* cognomen promeruit, qua in re D. Mauro Bñi P. Benedicti discipulo in opposito licet elemento, Petrus similem sese ostendit, nam ille super aquas ex præcepto SSñi Magistri sicco vestigio ambulavit, hic vero per ignem penitus intactus jussu Bñi Præceptoris incessit, illum nimirum deduxit Dominus per aquam nimiam, hunc autem quasi aurum in fornace probavit. Ceterum Petrus à Gregorio VII. Pont. Max. Cardinalis, & Episcopus Albanensis creatus, & Apostolicus Galliæ, & Germaniæ Legatus dictus, præclarissimè ubique se gessit, maximâ Catholicæ Ecclesiæ utilitate. Denique senio confectus, & meritis cumulatus, apud Vallem Umbrosam SSñe in Domino obdormivit, ibidem sepultus an. 1094. Ciacc. tom. 1. pag. 335. Oldoin. in eundem tom. 1. pag. 862. Angelus Casferri in Synth. Vet. præter Script. Vall. Umbr.

S. TORELLUS Eremita, Conversus, ut dicunt, qui LX. annis solitariam Vitam duxit apud Avellanam, miraculis clarissimus, cujus laudes celebrat Arsenius Barboni, de quo sup. in Appendice Scriptor. Buccel. Silvanus Razzi, Bzovius, Boll. Ferr.

S. VERDIANE ex nobili Attavantorum familia in Castro Florentino exorta ann. 1192. Congregationis Vallis Umbrosæ Monialis effecta est, & Inclusarum rigorem ab ipsa juventute ad obitum usque constantissimè custodivit, additis cujusque generis atrocissimis asperitatibus. Sed quod duo Serpentes cellam ejus ingressi, conturbernales se, imò hostes infensissimos, tenerrimæ Virgini perpetuò, Deo permittente, exhibuerint, eam sæpe sæpius caudis suis crudeliter flagellantes, sicuti horrori, & maximo cruciatui illi fuerunt, ita inauditum ejus patientiæ exemplum cumulatissimè testati sunt, cujus merito justissimus Judex immortalitatis gloriâ eam coronavit in Cœlis, quò an. 1232. post XXX. inclusionis annum feliciter migravit, insignibus miraculis semper illustris, quibus permotus Clemens VII. Pont. Max. Ecclesiastico Officio eam colendam decrevit. Boll. Wion. Buccel. Razzi, Ferrar. aliique complures. *Mirabilis Deus in Sanctis suis.*

Esto aliqui id negent, nulli Regularium Ordini addictam autumantes, sed perperam.

S. URSINUS MARTYR Mediolan. Socius S. Arialdi.

B E A T I.

B. ALBERTUS discipulus S. Jo: Gualberti, Vir summæ gravitatis, & discretionis, & humilitatis.

B. ANDREAS à Parma, de quo supra in Append. Scriptor.

B. ANGELUS Patria Florentinus ex nobili familia Lignarin, apud Vall. Umbr. Monasticæ Religioni nomen dedit, quam Vitæ asperitate, Angelicis moribus, Evangelicæ perfectionis studio, in Beatissimam Virginem amore, ac venera-

neratione plurimum illustravit, cœlestibus vicissim à Deo visionibus illustratus. Ad Cœlos transivit in Cœnobio Ripulensi juxta Florentiam an. 1509. ætatis suç LXXX. ibidem tumulatus. Gabr. Bucel. in Ben. Rediv. ad hunc annum; Boll. tom. 5. fol. 253. del Sera pag. 20. Locatel. l. 2. c. 56. pag. 303. Wion lib. 3. pag. 172.

B. ANGELUS LEONORI, de quo sup. in Append. Script.

B. HOMOBONUS, vel Homodeus, ut apud Simium, Patriâ Ariminensis nobili familiâ de Ordelaffis, apud Vallem Umbrosam Monachus, & Eremita, cunctis virtutibus, sed præcipuè asperrimâ pęnitentiâ enituit; nam S. Dominicum Loricatum imitatus, quadraginta totos annos discalceatus incessit, catenâ ferreâ nudum corpus præcinxit, aliisque diris cruciatibus se se jugiter afflixit, idque etiam in ætate 90. annorum, ut discamus, vel ex hoc, præter alia plurima exempla, multa pęnitentia, sincero in Deum amore exercitos homines non solum vitam sibi ante diem non adimere, sed potius augere, & ad extremum usque senium protrahere. Migravit ad Superos anno 1519. die 22. Septemb. Idem Bucel. ibidem. Vinc. Sim.

De eo supra in Append. SS. Congregationis Avellanæ.

B. RODULPHUS Socius S. Petri Ignei, contra Nicolaitas, & Simoniacos strenuè decertavit, & plurimum profecit.

B. SIMEON Monachus primùm fuit in Cœnobio S. Salvii extra, & prope Florentiam Congregationis Vall. Umbr. [nunc autem est Monialium] deinde ad solitudinem ejusdem Vall. Umbr. commigrans, eximiis virtutibus inclaruit, quæ ab assiduæ contemplationis dono, veluti rivuli à limpidissimo fonte jugiter emanabant, inter quas adversitatum tolerantia copiosissimâ fuit, Patientiæ propterea speculum appellatus; nam cum à Deo precibus obtinuisset, ut hujus vitæ cruciatibus, asperrimas Purgatorii pęnas permutaret, gravissimas quasque ærumnas, & acerbissimos dolores invictâ constantiâ, imò magnâ alacritate perferens, holocaustum Deo gratissimum fieri meruit, resolutus anno 1509. Bucel. in Ben. Rediv. Annal. Vall. Umbr.

B. THEUZZO discipulus S. Jo. Gualberti, de quo sup. in Appen. Scriptor.

Plurimi alii sine dubio Viri dignitate, ac sanctitate insignes ex Vallumbrosana Congregatione prodierunt, quorum Catalogum, præter alios, texit Fulgentius Nardi ad calcem Bullarii Vallumbr. editi Florentiæ an. 1730. Hos autem dumtaxat hìc memorasse sufficiat, ut omnibus palam fiat, laudatam Congregationem inter ceteras Ord. D. P. Benedicti Sapientiæ, Honoris, ac Sanctitatis fructibus feracissimam semper fuisse; iis tamen, quæ supra in fine Epist. ad Lectorem præfati sumus, firmis semper, ac inconcussis remanentibus.

ALIA ADDENDA BIBLIOTHECÆ BENEDICTINO CASINENSI.

PAr. 2. pag. 63. lin. 24.

JUSTINIANUS BARUFFALDI honesta satis, ac primaria Familia apud Centum nobile Æmiliæ Oppidum in Ducatu, seù Ditione Ferrariensi, ortus an. 1636. prima Decembris, in Sęculo Lucius vocatus, vir fuit tum scientia, tum morum sanctimonia conspicuus. Ferrariæ, ubi in Monasterio S. Benedicti nostræ Congregationi nomen dedit, Monialium nostrarum S. Silvestri aliquandiù confessiones excepit, in quarum gratiam composuit

Theologiam Moralem pro Monialibus. Scripsit etiam

Responsionem ad articulos de Indulgentiis, qui libri extabant apud ejus Fratrem

Monachum Congregationis Montis Oliveti, nomine Marium Baruffaldi; qui in extrema senectute obiit; Justinianus verò provecta admodum etiam ipse ætate haud multis ab hinc annis diem clausit extremum. Ex relatione Clariss. & celeberrimi Hjeronymi Baruffaldi Archipresbyteri Centensis mihi perhumaniter trasmissa die 24. Octobris 1735.

Pag. 167. lin. 32.

IN ROMUALDO SERRA iterum adde pag. 83. lin. 30. Additionum ejusdem secundæ Partis. Contexuit quoque

1. *Catalogum duplicem scripturarum* Archivi Cœnobii S. Mariæ de Cęsena, Bullarum scilicet Summ. Pont., Imperatorum, aliorumque Principum, nec non Instrumentorum, Allegationum, Actorum, Privilegiorum, Constitutionum Apostolicarum. 2. Decretorum Sacræ Congr., Ordinationum Capitularium, aliorumque documentorum &c. Primum serie Chronologica juxta Regimen Præsulum ejusdem Monasterii, Secundum ordine Alphabetico digestum, ab an. 1059. usque ad 1729. additis Notis, disposuit etiam

3. Elenchum earundem scripturarum ad unamquamque particularem Proprietatem ejusdem Monasterii pertinentium, idque suasione Rmi P. D. Seraphini Tansi Abbatis eo tempore S. Juliani Ariminensis. Omnia hactenus MSs. apud ipsum Authorem, qui an. 1718. Aretii in Academia, *Forzatorum* dictâ, *Orationem* recitavit, qua pulchritudinem Etruscæ linguę præ Gallico idiomate commendavit, à Cl. ac doctiss. Abbate Salvino Salvini approbatam, & laudatam: anno verò 1730. Cęsenæ in Academia Philomatum alia *Oratione* fidem, & authoritatem veterum Instrumentorum, ac Diplomatum defendit. Ejus cum laude meminit Cl. Hieronymus Baruffaldi Archipresbyter Centensis supra memoratus, in Commentariis ad *Rituale Romanum* editis Venetiis an. 1721. Titul. 18. num. 20.

Plures insuper alios virtute præstantes Viros, Casinensis Cœnobii Ascetas Cl. Erasmus Gattola memorat in sua *Casinensi Historia* edita Venetiis an. 1733. apud Sebastianum Coleti par. 2. Sęculo XII. pag. 755., & seqq. (ubi de Piis Hominibus) ex Elogiis potissimum D. Cornelii Caraso, in Casinensi Tabulario asservatis, desumptis, qui tertio nostro Catalogo accessionem aliquam facere possunt, inter quos

1 PETRUM BIEMMA Veronensem, Abbatem Titularem S. Matthęi, Monasticæ observantiæ zelo preclarum, qui Reformandis nostræ Congregationis Constitutionibus, plurimam operam impendit, & Sanctiss. P. Benedicti cubicula in Casinensi Turri constituta, Picturis, Marmoribus, & plastico opere inaurato, ære publico, pulcherrimè exornanda curavit, & Cardinalibus Ludovico Ludovisio, Petro, & Hippolyto Aldobrandinis, Alexandro Peretto, Francisco Barberino, ipsique Urbano VIII. Pont. Max. aliisque Principibus, & insignibus Viris in paucis charus fuit, quique in Beatissimę Virginis Immaculatam Conceptionem piissimus, ejusdem Deiparæ Conceptæ die 8. Decembris 1644. religiosiss. animam Deo reddidit. Et 2. *Cornelium item Biemma* laudati Petri fratris filium, virum integerrimum, ac prudentiæ fama clarum, qui virtutum merito ad Abbatis dignitatem promotus, ut illam invitus susceperat, sic sponte, ac libentissimè dimisit. 3. *Theodorum Martone* à Maranula Diœcef. Cajet., præter reliquas egregias dotes, Philosophicis, ac Theologicis scientiis admodum insignem, pręcipuisque nostrę Congreg. doctrinâ, ac probitate conspicuis Viris jure optimo accensendum, qui Prior creatus,

ætus, post aliquot annos Cajetæ diem clausit extremum an. 1688., ætatis 72. 4. *Thomam Ligorium* nobilem Neapolitanum morum probitate, & Regularis disciplinæ studio, atque in Peregrinos, & ægrotos charitate eximium, defunctum an. 1670., ætatis 59. Ex Fratribus vero Conversis, vulgò dictis, à nobis autem Commissis.

1. *Hieronymum Polonum* prius Eremitam prope Casinum, deinde inter Fratres Commissos ibidem receptum, humilitate, & patientia commendatum; qui in Poloniam rediens apud Monasterium Castro-Casinense recens constructum excessit an. 1678. 2. *Fratrem Hippolytum* à S. Elia, habitu, incessu, & moribus honestissimum, & singularis modestiæ, qui ex hoc Sęculo transivit an. 1680., ætatis 43. 3. *Fr. Honoratum* à Vallerotunda virum magnæ devotionis, & ad Ecclesiam orandi gratiâ frequentissimi accessus, qui obiit eodem anno 1680.

Hos etiam alios Viros pietate insignes Casinenses Manachos memorat laudatus Abbas Erasmus Gattola Hist. Casin. Tom. 1. Part. 2. sæcul. XII. pag. 755.

ALPHONSUM MUTINENSEM Patria, & Monasticâ Professione, qui Casinum concedens, ibi aliquot annis sanctissimè vixit, usque ad annum 1660., quo Mutinam reversus, cum Abbas Titularis renunciatus esset, ibidem an. 1680. die 24. Julii in Cęnobio S. Petri ad immortalem vitam migravit, tantâ Sanctitatis opinione, ut ejus vestes in Feretro jacentis, populus certatim discerperet, ac secum ferret.

FLAVIUM à DERTHONA Insubrem nobili familia de *Rattis* sodalem Cęnobii Casin. ac deinde Abbatem primò Mutinensem, postea Andriensem, demumque Cajetanum, virum Monasticæ paupertatis, ac solitudinis valde studiosum, in pauperes, & ægrotos magnâ charitate præditum, SS. sacrificium Missæ summa devotione celebrantem, erga Deiparam religiosissimum, in cuius honorem sæpissimè solo pane, & aqua jejunabat, totâ vitâ laneâ interulâ usum, in SS. PP. pręsertim D. Augustini Operibus legendis assiduum; qui tandem Cajetę è vivis excessit an. 1715. die 27. Maii ętat. 76.

F. JOANNEM à Villa Pedemontii, ditionis Casinen. jejunio, & orationi addictissimum, defunctum anno 1680., die 16. Martii, &

F. JOANNEM BAPTISTAM ab Oppido Rocchę-Galasinæ in Aprutio virum omni bonitate ornatum; omnique pietate repletum, erga Peregrinos in Casinensi Xenodochio recumbentes admodum misericordem, extinctum an. 1696. die 8. Julii, utrosque Commissos, ut dicimus, Cęnobii Casinen. denique

PROSPERUM familia Pagano à Regio-Lepidi, S. Petri primùm ejusdem Urbis alumnum, deinde inter Ascetas Archisterii Casinen. admissum, ubi ad obitum usque permansit, virum morum gravitate, ac maturitate conspicuum, & in cunctis suis actibus optimi exempli, cujus erga proximos, pręcipuè Peregrinos, quorum aliquandiù curam gessit, charitatem, mentis puritatem, cordis humilitatem, Monasticę disciplinę studium, Vitę demum innocentiam, quotquot eum agnoverunt, sunt admirati. Ad ęternam vitam translatum an. 1702. annos natum 76. aliosque, quorum omnium si quis uberiores notitias haurire cupit, laudatum Gattolam adeat locis præcitatis, Nobis enim illos breviter, & compendio indicasse sufficiat.

Supersunt utique Authori alia Opera imprimenda, ut putà præcedentium Operum 1. *Analecta*. 2. *Conciones Quadragesimæ, & Adventus*. 3. *Plures Sanctorum Panegyres*, variisque de rebus *Orationes*, aliaque, sed ætas satis

tis

tis longæva septuaginta, & quatuor annorum, affecta valetudo, aliarumque rerum, quæ ad id necessariæ forent, penuria, ab ea cogitatione ipsum discedere cogunt, illasque lucubrationes Posteris MSs. relinquere, ac deinceps in id unum incumbere, ut ad beatæ æternitatis iter sese comparet, & Deo propitio, ac miserante, Lectorumque orationibus adiuvantibus, nomen suum [ò utinam] scribatur in libro vitæ.

Die 6. Maii 1635.

F I N I S.

SOLI DEO HONOR, ET GLORIA.

„ Errores suos agnoscere, agnitosque retractare hominibus eruditis non turpe, sed gloriosum, & honorificum esse, cum candoris sibi hoc pacto, & integritatis, sine quibus doctrina omnis vana est, ac nihili, famam literariâ potiorem, atque præstantiorem concilient, semper sum arbitratus.

Joannes Mollerus apud Jo. Alb. Fabr. in Supl. Bibl. Lat. Hamburgi 1722. paulo post initium

IN APPENDICIBUS

ERRATA SIC	*CORRIGE*
In principio Operis, & in Epist. Rmi Abbatis Ollivetani corrige	D. Dominici Tatis, ubi dicit Olivetani
Pag. 1. l. 26. In Italicum Sermonem i sermoni	In Italicum Idioma i Sermoni
Pag. 2. lin. 26. rea etiam	ipse etiam
Pag. 8. lin 9 col. 1. farentinus	Paventinus
Pag. 14 lin. 13. frequentium	Fræquentiam
Pag. 16. lin. 7. Versum Octavio	versum ab Octavio
Ibidem lin. ante pen. Naugnominis	Naugnomonis
Pag. 17. lin. 27. impressa correcta, & aucta	impressam, correctam, & auctam
Pag. 21. in nota marginali l. 2. In Appendix	In Appendice
Pag. 23. lin. 25. conspicuus	conspicuus fuit
Ibidem lin. 36. frequentiam	frequentiam
Pag. 24. lin. 28. numquam	nunquam
Ibidem lin. 35. infantili	Puerili
Pag. 27. lin. 16. aliquot annis	non nullis annis
Pag. 29. lin. 25. in Chronicon	In Chronico
Pag 31. lin 33. 1715	1215
Pag. 35. lin. pen. 1622.	1612.
Pag. 37. lin. antepen. subscrita	subscripta
Pag 40. lin. 31. Baiberium	Barberium
Pag. 42. lin. 21. eum... illum	palam... illud
Pag 45. prope, & extra Perusiam	extra, & prope Perusiam
Pag. 47. lin. 2. Lacell.	Lancell.
Pag. 49. lin. 15. Tycin.	Ticin.
Pag. 50. lin. 1. Putelanus	Puteolanus
Pag. 58. lin 27. S. Silvestri	S. Silvester
Pag. 60. lin. 13. 1018	1718
Pag. 63. lin. 37. Pareneticam	Paræneticam
Pag. 64. lin. 4. Vallumbrosanam	Vallumbrosanum
Pag. 72. lin. 25. S. Verdiane	S. Verdiana
Ibidem lin. 42. Lignarin	Lignarina